Voull. K 843
" " 788

Liber fratrum Cruciferorum in Dusseldorp
Casus vel sensus totius textus Decretalis

K. R. 272

-Incipiunt glo. Cle. cū quibuſdā alijs allegatōibus occurrētib⁹. nota digne. collecte p dnm Nicolauz Siculū Momatenſem Abbatē digniſ/ ſimū. Nūc vero Archiepm panormitanum.

## Iohannes epūs ſeruus ſeruorū dei.

Appellatōe Juris venit ius Ciuile. canonicū ⁊ ſinodale ſeu mūi cipale. no. glo. in phemio cle. in verbo Juris. Secus ī nāli vel di uino. vt ibi. qđ itelligo vbi mā ſbiecta nō patiť. ſeu ſequereť abſurduz. al's ſec⁹. vt. i. di. c. humanū gen⁹. Faciūt pdicta ad queſtionē qñ cā mā datur decidi ſm Jus. vt nō ſolum intelligať de cōmūi. ſꝫ etiam de mu nicipali. ⁊ de ꝯſuetudine. Nam et cōſuetudo eſt Jus. i. di. Cōſuetudo. De hac tñ queſtiōe vide qđ late ſcripſi ī. c. quitauallis. de iureiurādo et ſuper Rubrica de conſuetudine.

Machinatio idē eſt qđ aſtutū ingeniū. et ſonat in malaz ptē. vide gl. in p hemio. cle. in ꝟbo machinatōes.

Papa diciť a pape qđ ē īteriectio āmirātis. Et idē ē qđ admirabilis. Sꝫ ſecundū ethimologiā dr̄ papa quaſi pater patꝝ. Glo. ī eodē phemio. in verbo papa.

Procliuis idē ē qđ preceps ſiue pmpt⁹. facilis vel incliabilis. vide ħ glo in prohemio ſup ver. procliuis.

Obrepere idē eſt qđ latenť ſbintrare. vide ħ glo. in ꝟ. obrepit.

Verbum ſortis ſumiť multiplr. Qñqꝫ p fortūa vel euētu. Qñqꝫ pro ſor/ tilegio. Qñqꝫ pro capitali. Qñqꝫ pro parte vel portione. Glo. ī eodem prohemio in ver. Sortis.

Quādo incipiūt ligare Cōſtitutōes. ſiue ſint diſpoſitiue. ſiue declaratie. ſiue pͥuilegiatiue. Et an ſit dꝛīa ī tēpore effect⁹ ꝯſequēdi inter pͥuilegiū pure ꝯceſſum ⁊ pͥuilegium ꝯceſſum p viam conſtitutiōis. vide bonam glo. in prohemio antedicto. in verbo de cetero. ꝓpe finē. Et inter cetera notabiliter velle videť vt ad iniacendū viculū nō ſufficiat ꝯſtitutōis pͥncipium ſi poſtmodū illa occultatur. ſed ē neceſſe vt fiat copia in cōi Qđ intellige niſi aliud appareat ex ꝟbis ꝯſtitutōis. vtputa qꝛ mādať ꝙ ſtatī dēat obſeruari. vt ex eadē glo. colligitur.

Pontificat⁹ pape incipit a tēpore bñdictōnis. cōſecratōnis. ⁊ coronatio/ nis. Prius ei dicitur Electus. gloſa ī dicto prohemio. in ꝟ. pōtificat⁹.

## Rꝫ. De ſumma trinitate et fide catholica.

Qꝛ Rubrice Cle. nō ſint ꝯtinuande ſicut nec Sexti libri. vide gl. ſup Ru brica de ſumma trinitate et fi. catho.



LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Qꝛ ſtatim tpe ↄceptōis chriſtus fuit pfect⁹ homo. ⁊ fuit aīa rōnalis infuſa qꝛ incōgruū fuiſſet filiū dei corp⁹ aſſūpſiſſe nō formatū. glo. in verbo vnigenitū all'. Ariſto. in. i. phiſicoꝝ. fruſtra fit p plura qđ pt fieri p pauciora. In alijs aūt non infundit aīa ſtatim cū fit ↄceptio. Sꝫ oꝫ ꝙ fet⁹ ꝑus recipiat ſuā dilatōeꝫ ⁊ extenſionē mēbroꝝ vt ſic diſponat ad aīaꝫ recipiendā. Et dr ꝙ in femina expectat p lxxx. dies a ↄceptōe Embrionis. In maſculo p. xl. vide glo. in cle. i. de ſū. tri. in ꝟ. vnitas. et in decretis. v. di. §. i.

Corpus erat paſſibile vñ poterat pati frigus. calorē. famem. ſitiꝫ. et oēs penalitates hūanas pter ignorantiā ⁊ pctm̄. Et ſi non fuiſſet in cruce mortuū ad vltimū ſenio ↄfeciſſet. vide gl. in cle. i. de ſū. tri. i ꝟ. paſſibile Et ibi reddit rō quare voluit aſſumere corp⁹ paſſibile.

Quare chriſt⁹ tpe icarnatōis voluit aſſumere carnē hūanā ad ſaluādū gētes et nō ꝑus vel tardi⁹. glo. in cle. i. de ſū. tri. in ꝟ. Ex tpe.

Quare de maria et nō de alia virgine voluit fili⁹ dei incarnari. vide gl. in dc̄a cle. i. de ſūma tri. in ꝟbo virginali. ꝙ reddit tres rōnes. ꝑria qꝛ ex ſupbiſſima ſcꝫ Eua nat⁹ eſt morbus Sic p ↄtrariū ex humilima dꝫ inchoari medicina. Et beata Maria humilima fuit. vnde in pſalmo. Quia reſpexit hūilitatē ancille ſue ꝛc. Scđa qꝛ ſicut ad ſūmaꝫ humilitatē dei fili⁹ voluit incarnari. ſic ſūme humilē eligere voluit in qua et a ꝙ tāta deberet humilitas inchoari. Itē refert quidā hiſtoriograph⁹ ꝙ beata Maria fuit ꝑma ꝙ virginitateꝫ deo obtulit ꝛc. vt ibi. cauet eē in eadē glo. qre beata virgo ↄſenſit in ↄiugiū Joſeph.

Quare chriſt⁹ mortē crucis elegit ⁊ non aliā paſſionē. vide ꝗtuor rōnes ꝗs ponit glo. in dic̄a Cle. i. de ſū. tri. in ꝟ. Cruci.

Quare euāgeliſte figurāt diuerſimode. vide glo. in d. cle. i. i ꝟ. Johānis. ꝙ poſt beatū Gregoriū dic Matheū p hoieꝫ figurari. qꝛ ſuū euāgeliū icepit p hūanā rōeꝫ. Marc⁹ p leonē qꝛ incepit a clamore in deſerto. Lucas p vitulum. qꝛ a ſacrificio. Johānes ꝟo per aquilam quia incepit a diuinitate chriſti.

Qꝛ aīa rōalis et intellectiua informat corp⁹ humanū Nō tñ p oīa ſe hꝫ ſicut alie forme. Nā aīa hꝫ p ſe ſubſtantiā ſine corpe Et illud eſſe i quo ſubſiſtit cōicat materie corpis ex ꝙ mā ⁊ aīa intellectiua fit vnum Ita qđ illud eſſe qđ eſt totius ↄpoſiti eſt ipſius aīe qđ non eſt in alijs formis que nō ſunt p ſe ſine aliena ſubſtantia ſubſiſtentes. Et ꝓpter ꝑdic̄a aīa humana remanet in ſuo eſſe diſtracto corpe nō aūt alie forme. vide latiſſime p dic̄ā cle. i. in ꝟ. Intellectiue. Et ibidē etiā habet ad qđ reſurgent corpa noſtra. Nam fiet reſurrectio qꝛ aīa ſine corpe non hꝫ beatitudineꝫ perfectam ⁊ requiem qđ eſt cum appetat vniri corpori cū ex eo ⁊ corpe fiat vnū ↄpoſitū. Et ibidē hēt de aīa ſēſitia et vegetatia

Quis dicat ꝓprie ptinax vel ptinacia. glo. in dc̃a cle. i. in ꝟ. ptinaciter.

Qualit̃ puulis nõ ſentiẽtibꝰ infundãt p baptiſmũ virtutes ⁊ gracia in formãs ⁊ de opi. antiquoꝝ vide p glo. in dc̃a cle. i. in ꝟ. opiniones.

Qꝫ p baptiſmũ infũdãt virtutes Theoloice q̃ ſũt tres. ſ. fides ſpes ⁊ caritas. ⁊ dicũt virtutes q̃ſi viꝝ tuẽtes ⁊ p̃ſeruãtes a vicijſ. An aũt virtutes morales infũdãt p baptiſmũ vt prudẽtia fortitudo. iuſticia ⁊ ſimiles an vero poſtmodũ adq̃rãt p hoĩes Sũt opiniões inter theologos. ⁊ qualis ⁊ q̃liter gr̃a infũdat in baptiſmate. vide ad p̃dicta glo. in dicta cle. i. in. ꝟ. virtutes. cũ ſe.

## R. De Reſcriptis. Rubrica.

### Cle. i. Abbates aut alii religioſi.

Qꝫ diſpoſitio penalis extẽdat ꝓpter idẽtitatẽ rõis vide bo. glo. in cle. i de Reſcpt. in ꝟbo p̃ſidẽtes. Et aduerte qꝛ colligunt ex iſta gloſa ſꝫ ꝓcedẽ Licet rõ nõ ſit in tex. ſꝫ veriſi͛r ⁊ indubitãter p̃ſũpta. Nã ibi in tex. non exp̃mit rõ. ſꝫ glo. i. ibidẽ illã p̃ſumit. ⁊ ꝙ loquat in ꝯſtitutõe pẽali patꝫ qꝛ ibi in penã inducit retractio ꝓceſſus et ꝯdemnatio ad expenſas et intereſſe ad quod tex. iuncta glo. nota. in ver. proceſſus. de ĩmunit. ec. c. decet. li. vi. Et probatur per tex. notabilẽ in. c. diſpendia. de Reſp eo. li. in fi. ple. dixi in. c. ij. de ꝯſti. in antiquis. ⁊ vide qđ dixi poſt glo. in cle. i. ꝟ. de elect.

Qꝫ ꝯſtitutio loquẽs de religioſis etiã penalis hꝫ locũ in clericis ſecularibus vbi ſubeſt eadẽ rõ. Licet nõ exp̃ſſa ſꝫ indubitãter p̃ſũpta. e. glo. ĩ dicta cle. i. in ver. p̃ſidẽtes in fi. ⁊ videt glo. in ꝯtrariũ ꝟ. de ſupp. negl. p̃la. cle. vna. in ver. regulares. Sed vide qđ ibi dixi. In hac tñ materia extẽſionis Jo. an. fuit ſibi multũ ꝯtrariꝰ in glo. ſuis. ⁊ ſpecifice notabo ꝯtrarietatẽ vbi cadet ⁊ vide p eũ in dicto. c. diſpendia. in nouellis. vbi voluit ꝙ hr̃et locũ diſpoſitio p identitatẽ rõis. ſꝫ non pena Sed aliter ſenſit in cle. i. ꝟ. de elec. vbi dicã. ⁊ in. c. in fidei. fauorẽ. de here. li. vi. ⁊ ĩ. c. ꝯſtitutõeꝫ de regula. li. vi. ⁊ in regula. oĩa. de reg. iuris. li. vi. in merc.

Qꝫ in ordĩarijs circa papã ⁊ legatũ nõ hꝫ locũ ꝓuiſio. c. ſtatutũ. de. r̃p. li. vi. quod eſt valde notandum.

Poſſũt ergo iſti citare ſeu cãm ꝯmittere vltra vnã dietã qđ vr̃ ꝓbari ĩ. c. vt litigãtes. ⁊. c. cũ ep̃s. de offi. ordi. li. vi. Sed aliqui doc. antiqui cum quibus videt̃ trãſire doc. moderni tenẽt oppoſitum. in. c. ſane de fo. cõpe. Sꝫ ꝯtrarium ibi tenui Licet ñ eſſem memor huius glo. vbi latius vide ꝓ predicta ꝯcluſione glo. in dicta. cle. i. in ver. legatoꝝ.

Qꝫ. iudex qui poſſet rõe ſuſpicionis recuſari agẽte ad miſtratore eccl̃ie ĩmediato poteĩt r̃cuſari agẽte ſupiore mediato ꝓ iur̃ ip̃iꝰ eccĩe ĩferiorl.

glo.in dicta cle.i.in ver.corām.

Q̄ priores ⁊ obedientiarij vouētes ſeu moniales qui ſcʒ ad nutū ſupiori poſſunt r̄uocari valēt agere ꝑ ſuis p̄oratibus q̄diu eoꝝ durat admi niſtratio. Et idē in ipis ſupioribus vide tex.cū glo. in dicta cle.i.in ꝟ. Liceret.

Ubi plurib⁹ eiuſdē rei ꝯpetit defenſio Licet in ſolidū non dʒ ꝑp̄t ꝯtuām vni⁹ fieri miſſio ſed oʒ ꝙ oēs citent̄.glo.nō.in dicta cle.i.in ver.liceret. dixi pleni⁹ in.c.cū deputati.e.ti.de iudi.in addicoñ.

Q̄ loca que ſūt de mēſa nō ſꝑ habēt ſpāles gubernatores vide glo.i di/cta cle.i.de exceſ.p̄la.vbi etiā habet̄ ꝙ qñ eccleſie etiā dicūt̄ de menſa.⁊ quo iure poſſunt effici de mēſa p̄lati vel capituli.

Q̄ idem dicere nō valeat ip̄o iure ꝙ ſine ope exceptōis glo.in dicta cle.i. in fi.in ꝟ.ip̄o iure.

## Cle. Etſi principalis.

Q̄ ep̄s pōt habere in ciuitate plures officiales eq̄les ⁊ in ſolidū. Ita ꝙ vn⁹ ſit p̄ncipalior Et tūc ille p̄ncipalior pōt eſſe delegatus pape.⁊ alij nō vide glo.ij.iuncto tex.in cle.Et ſi p̄ncipalis.de ſcptl.

Si cā delegat̄ vicario ep̄i exp̄ſſo noīe ꝓprio nō deſinit eē delegat⁹ Licʒ re moueatur a vicariatu.ſatis eni ē ꝙ erat vicari⁹ tp̄e ꝯmiſſionis Idem nota in canonico ꝑ glo.nōbilē in.c.ſtatutū.§.i.e.ti.li.vi.in ꝟ.Canonic̄. Et ex vtraqꝫ glo.tene mēti.Nō eſſe neceſſe qualitatē requiſitā ad actū durare ſi ſolū exigit̄ in principio actus. Nā.c.ſtatutū ſolū requirit vt ꝯmiſſio fiat habēti dignitatem vel canonicatum Satis ē ergo vt tp̄e ꝯmiſſionis ſubſit illa qualitas.Ad hoc qđ nō.Bar.in.l.ex facto.ff.de vul.⁊ pupil.⁊.l.p̄cipimus.C.de appel.

Q̄ ſi exprimat̄ ſimul nomen ꝓpriū ⁊ appellatim.vt qꝛ dicit̄ Anthonio ep̄i vicario Seneñ.An videat̄ ꝯtemplata dignitaſ vel ꝑſona.dic vt plene dixi in.c.quoniā abbas.de offi.dele.

De multiplici noīe officialis ep̄i.vide bonā glo.in dicta cle.Etſi p̄ncipal̄ in ver.officialis.Et ibidē etiaʒ nō. ꝙ vicarius ep̄i in ſpiritualib⁹ qui al̄s officialis nō ē non poteſt eſſe delegatus pape.

Officialis archidiaconi vel alteri⁹ p̄lati inferioris ab ep̄o nō pōt eē dele gatus pape vel ip̄i⁹ legati.Secus tñ eſt in officiali.Capituli ſede va/cāte vel in officiali electi in ep̄m ⁊ ꝯfirmati nondum ꝯſecrati.glo.in di cta cle.Etſi principalis.in ꝟ.ep̄i.

Poteſt ꝯſuetudine introduci vt in p̄oratu ꝯuentuali ꝯſtituat̄ q̄s ꝑ ſupi/orem ⁊ nō ꝑ electōeʒ collegij p̄or obedientiari⁹ qui poſſit ad libituʒ re moueri.Nec dicit̄ talis prior clauſtralis cuʒ preſit in monaſterio tāq̄ abbas.Ex quo ille locus non habet abbatem ſpecialeʒ ⁊ habet admi niſtrationem omnium bonorum Durante officio tanquam Abbas.

Sic intellige glo.in cle.ij.de ℞p.in ꝟ.ꝑ electōez.dixi de ꝯſuetudine Quia
de iure cōi oꝫ collegiū ſibi eligere ꝑlatū imediatū vt in.c.i.ꝺ elec. facit
qꝺ legiṫ ⁊ no.in.c.ij.de ſta.regu.

Pꝛ prioꝛ eccleſie ꝯuentualis diciṫ hr̄e dignitatē Licet ſit remouibilis ad
nutū ſupioꝛis.Secus dicēduꝫ in ṗoꝛe clauſtrali.Et dr̄ clauſtralis qꝛ
ꝯſtituiṫ tm̄ vt ṗſit clauſtro.Habꝫ eni in eodē mōaſterio abbatē ſupꝛa
ſe.ad quē ꝑtinet imediate cura toti⁹ mōaſterij.Sic itellige glo.i d.cle.
Et ſi ṗncipalis in ꝟ.ꝑ elec.iūcta alia glo.in ꝟ.clauſtrali.Et idē in Sa
criſta cuſtode vel camerario monaſterij vt no.in gl.ꝑxie.alſ.

Pꝛ ad eſſe dignitatis nō r̄quiriṫ neceſſario vt quis dēat ibi eē ꝑpetuus
ƀ ſatis ē ꝙ pōt eſſe ꝑpetu⁹ Jdeo dr̄ ꝙ vicari⁹ epi ⁊ ṗoꝛ ꝯuētualis obe
dientiarius hn̄t dignitatez vide glo.iuncto tex.in dicta cle.Et ſi ṗnci/
palis in ver.ꝑ electionem.

An vicari⁹ epi poſſit r̄moueri ad nutū ipi⁹ epi vide gl.ſup̄ allatā.q̄ tꝫ qꝺ
ſic.Et dic ꝙ moꝛtuo eo q̄ ꝺdit vicariū ceſſat officiū vicarij Si āt excōicaṫ
vł ſuſpēdiṫ r̄manꝫ eē ſuſpēſa iuriſdcō vicarij.viꝺ gl.fi.i cle.vlt.ꝺ ꝑcu.

An ſimplex mōachus poſſit eſſe vicari⁹ Epi vel coadiutoꝛ alic⁹ ꝑlati.vi/
de remiſſiones q̄s ponit glo.in dicta cle.Et ſi ṗncipalis in ver.ꝑ electi
onē in fi.⁊ ꝑ Jo.de ligna.ibidē.ſ.in cle.Et ſi ṗncipalis.

An vicarius epi vel prioꝛ ꝯuētualis poſſit deputari ꝯſeruatoꝛ ꝑ Rōa/
nū pōtificē.vide ꝑ glo.in dc̄a cle.Et ſi pꝛīcipalis i ꝟ.delegat⁹.Et ibiꝺ
hr̄ vbi dicaṫ dignitas vicarij. et dicit qꝺ deſcendit ex dignitate Epi.
Juris ꝯnexione Et ꝑ hoc vr̄ inclinare vt poſſit eſſe ꝯſeruatoꝛ.De pri/
oꝛe certū ē ꝙ nō vt ibi.

Officialis foꝛaneus epi nō hꝫ oꝛdinariā ƀ delegatā iuriſdictōꝫ. et ab eo
appellaṫ ad epm̄.Et dr̄ officialis foꝛaneus qui ꝯſtituiṫ i aliqua parte
dioceſ ⁊ ibidē gerit vices epi.Nec talis ꝯſtituit vnū ꝯſiſtoꝛiū cuꝫ epo.
ƀ ſuus vicari⁹ pꝛīcipalis quē tꝫ in ciuitate.vide bonā glo.in dc̄a cle.
in ꝟ.foꝛaneo.Secus diciṫ in vicario pꝛīcipali qui facit vnū ꝯſiſtoꝛiū
cū epo.Jlle ꝟo hꝫ oꝛdinariaꝫ.nec ab eo appellaṫ ad epm̄.vide glo.in.c.
Romana.de app.li.vi.in ꝟ.gn̄alr̄.et in.c.Licet.de offi.vica.li.vi.⁊ xxv.
di.ꝑlectis.ꝑ Jnno.in.c.ſua.de offi.vica.

Pꝛ. ṗoꝛ clauſtralis ſeu ſimplex religioſus pōt deputari delegat⁹a papa
ex certa ſcīa.hoc tn̄ exp̄ſſo.notat glo.in cle.in ꝟ.obſuari. ⁊ nō ſingula
riter ex illa glo.qꝺ tūc pꝛīceps diciṫ facere ex certa ſcientia cū hoc exp̄
mit.nō ergo p̄t ꝓbari ꝑ teſtes qꝺ tꝫ Bal.in.c.i.ꝑ q̄s fiat. īueſti.colla.
x.Jn ꝯtrariū tn̄ vide ꝑ.d.de Rota.deci.zzi.⁊ ad materiā vide bonam
glo.in cle.i.de iudi.in ꝟ.ex certa ſciētia.Hoc intelligo niſi ex ꝟbis ℞p.
ſeu priuilegij poſſit apparere ex certa ſcīa ſcribētis tūc eniꝫ nō ē neceſſe
vt apponaṫ ſpecifice illa clauſula ex certa ſcīa.Jta nōbiliṫ voluit Jnn

in.c.p̄ſenti.qḋ hodie incipit ſtatutū.e.ti.li.vi.vbi ſatis hoc idem ſentit Legatus aūt pape nō pōt etiā ex certa ſcientia delegatuꝫ facere Religioſū ſimplicē vel aliū nō habentē q̄litatē requiſitā ī dicto.c.Statutū vt nō.glo.ſi.in dicta cle.Etſi p̄ncipalis.

**Cle. Auditor in romana curia.**

An auditoꝛ Camere vel ꝯtradictaꝝ. vel alij Auditoꝛes oꝛdīariā hēant vel delegatā iuriſdictōeꝫ ſūt opiniones.vide gl.i.in cle.Auditoꝛ ḋ ℞p

Uꝛ beneficiū largo mō ſumptū ꝯpꝛehendit etiā dignitatē vide glo.in d. cle.auditoꝛ.in ꝟ.de bñficio.vide tñ in mā glo.notabilē in.c.ij.de p̄ben li.vi.in ꝟ.dignitatē.que dicit ꝙ appellatōe dignitatū nō venit Epiſcopatus.qꝛ nō ē dignitas qꝛ dignitatū culmen. vt in.c. venerabilis.de pꝛeben.qḋ intelligo niſi mā ſit larga.ar.in.c.i.⁊.ij.xxij.di.vnde ⁊ papatus poteſt dici dignitas vt in.c.i.xl.di.

Differentia ē an beneficiū ſit meū vel mihi debitū. Et eodē mō an hēaꝫ Jus in beneficio an ad beneficiū.Poſt enī ꝓuiſionē mihi factaꝫ ⁊ acceptā ſeu collatōnē beneficij dr̄ meū.⁊ ꝑ ꝯſequēs habeo ius in beneficio.Ante vero collationē ſeu prouiſionē ſi habeo aliq̄ḋ Jus ad illud obtinendū dicitur mihi debitū.et habeo ius ad beneficium.vide glo. cum iuribus ibi alle.in dicta cle.Auditoꝛ.in ver.debitum.

Si datur facultas ſeu ptās Judici aliquid faciēdi. non ꝑ hoc ꝯpellitur illud facere ſi nō vult.vide glo.in dicta.cle.Auditor.in ꝟ.poterit. ex q̄ argue ꝙ ſi iudex nō vult facere id qḋ ex officio facere pōt. nō p̄t ab eo appellari qḋ aptius tenet Specu.in ti.de offi.Judi.in.§.impedit.⁊ ſentiunt Jnno.⁊ alij doc.in.c.exceptionē.de excep.Et h̄ nota.et tene mēti

**Cle. Gracie vt de dignitate:**

Uꝛ litigans ſuꝑ certo beneficio vr̄ illi renūciare ſi recipit ſcḋꝫ.qḋ cū alio ſuꝑ quo litigat nō poteſt de iuꝛe tenere dūmodo pacifice fuerit poſſeſſionē adeptus vel ꝑ eū ſteterit quo minus ꝑ eā nanciſcat̄.vide glo.in cle.grē.in ꝟ.renūciare iūcta glo.in ꝟ.pacifice.

Uꝛ.is qui ꝯſequit̄ beneficiū ſimplex requirēs ꝯtinuā reſidētiaꝫ etiā ḋ iure ſpāli videt̄ renūciare gracie.vigoꝛe cuiꝰ debebat̄ ſibi beneficiū curatum vel dignitas ac ſi recepiſſet beneficiū cū cura vel dignitateꝫ.vide gl.in dicta cle.grē.in ꝟ.beneficiū.Ex quo infert̄ vnū ſingulare.ꝙ ſcḋꝫ beneficiū ſine cura requirēs ꝯtinuā r̄ſidētiā.facit vacare p̄mū curatū vel ſimplex requirēs reſidētiā vel dignitatē ſeu ꝑſonatū vel officiū q̄ a pari debeat iñ h̄ iudicari rōe īpotētie ſil̄ tenēdi beneficiū curatum ⁊ nō curatū requirens ꝑpetuā reſidētiā qḋ multū valet ad extendēduꝫ c.de multa.de p̄ben.Nā ſi tale beneficiū fac̄ expirare gr̄aꝫ eodē modo dꝫ īducē vacatōꝫ p̄mi cū eaḋ ⁊ fortioꝛ ſit rō ī adepto qñꝫ.ꝙ ī adipiſcē

Nec p̄oteſt ſi dicat̄ hoc hic p̄cedere rōe renūciatiōis p̄ſūpte. illud ex iuris p̄ſūptione ſeu diſpoſitione. q2 vt hic dicit̄ ī glo. ij. nō valet p̄teſtatō q2 eſſet ɔtraria facto. Et ſic videt̄ ꝙ hic inducit̄ priuatio rōe impotentie ſimul retinēdi illa beneficia. In hoc tñ ſūt opiniōeſ. Et plene exaīaui in. c. fi. de cle. nō reſi. vide etiā p̄ Fre. ɔſil. c. xx. Licet quis velit dimittere ſcd̄m beneficiū vigore cuius vacauit primū. nō tñ p̄ hoc recupat primū. quia ius ſemel extinctū nō reuiuiſcit pōt tñ ex noua collatione illud ɔſequi dimittēdo ſecundū. vide glo. penl̄. ⁊ vlt. cle. gr̄e. de ℞ptis.

## Cle. fi. Litteras noſtras.

Qȝ diſpoſitio loq̄ns de beneficio nouiter creato nō hȝ locū in beneficio pri⁹ extīcto ⁊ nūc renouato. tȝ glo. in cle. fi. in ℣. creatum. Quidā tñ ibi ɔtra ſi prorſus erat extinctū ⁊ dic vt ibi nō.

Actor ſuā intentionē plene p̄bās dȝ obtinere licet reus p̄ exceptōnem et ipius p̄batōez reddat illā dubiā īputādū eſt ei ideo ꝙ ſuā exceptionez clare ⁊ plene nō p̄bauit. vide glo. nō. in cle. fi. de ℞p. in ver. Creatuȝ. in ℣ſ. Sed quid ſi dubitat̄. Et vr̄ p̄bari in. c. in p̄ñtia. de probac̄. Et vide oīno que ibi ſcripſi. ⁊ per bart. in. l. non ſolum. in. §. Sed vt probari. ff. de no. oper. nunc̄.

Qȝ beneficiū exñs tp̄e date lr̄aꝝ impetrataꝝ ⁊ beneficiū vacatuꝝ poteſt in p̄iudiciū īpetrātis ſupprimi ſeu extingui. Hoc mirabilit̄ ſenſit glo. fi in cle. vlt. de ℞p. in verſ. nec videt̄ pōderandū tempus date. Quidam tamē ibi tenēt oppoſitū. Sed poſſet ſic diſtingui. ꝙ aut beneficiū exiſtebat tp̄e date nōdū tñ vacabat. ⁊ tūc illud ante vacatōez pōt ſupprimi p̄ vnionē vel ordiatōez Epi ⁊ capl̄i. Nec habet de quo cōqueratur expectans. cū ante vacatōez nō hēat ius in illo. nec ad illud beneficium q2 gracia refert̄ ad beneficiū vacatuꝝ. ſȝ iſtud nō vacabat p̄pter ordiationē factā ⁊ ſuppreſſionē in tp̄e quo nō vacabat Et ſic intelligo ⁊ ſaluo illā glo. quā in h̄ reputo ſinglarē. facit cle. ij. de re. eccl̄. nō alie. Aut beneficiū vacauit poſt datā vel tp̄e date Et tc̄ nō puto ꝙ ali⁹ citra papam poſſit in p̄iudiciū expectātis ſupprimere tale beneficiū Etſi ſaltez gr̄a ē ɔceſſa ſm̄ ſtilū hodiernū. p̄ cle. vnicā de con. preben. Et ſic p̄cedit opi. Papi. qui voluit tenere ɔtra. Nā gl. Si mādat̄ ɔferri beneficium cum cura ſeu ſpectās ad collationem ep̄i pōt p̄uidere de beneficio cui fuit collata cura poſt datā literaꝝ. Itē ꝺ illo qꝺ p̄tinuit ad ep̄m p⁹ datam q̄ſi in his ſpectet̄ tēpus collatōis et non date vide bonam glo. fi. in dicta cle. ſi de beneficio. de preben.

Qȝ canonicus pōt vigore canonie petere prebendā creatā poſt receptōȝ ſuā vide glo. fi. in dicta cle. fi. in fi.

℞. ¶ De Electione Et Electi poteſtate:

¶Cle..i. ¶Cum rationi non congruat.

¶Diſpoſitio loquēs de hoībus ⁊ religioſis hʒ locū in feminis ⁊ moniali/
bus. ¶Ratio p̄mi. qꝛ homo eſt cōis generis ¶Ratio ſcđi. qꝛ maſculinum
ↄcipit femininū. ¶Glo. hoc tenet in cle. i. in ꝟ. homines in p̄ncipio. ¶Sec⁹
dic in diſpōe loquēte de monialib⁹. ¶Illa eni non extenditur ad mona/
chos. qꝛ femininū non ↄcipit maſculinū ¶Et idē eadē rōne dicendū in
conſtitutione loquēte de ¶Abbatiſſ vt non extendatur ad abbates. vt
eſt glo. notabilis in cle. ¶Attēdentes. de ſta. regu. in ꝟ. cecidiſſe.

¶Appellatiōe p̄lati venit habēs officiū a q̄ etiā pōt remoueri ad nutū vt
ē prior. miſter. cuſtos. vide gl. in. c. i. in ꝟ. p̄latū. fac tex. i. c. i. de eta. ⁊ q̄li.

¶Q2 diuerſitas coloris dūtaxat nō inducit diuerſitatem habit⁹ niſi color
ex diſpoſitōe regule eēt de habitu.

¶Itē ꝙ vbi color nō ē de habitu poſſunt religioſi ſuata forma hītus vti
colore vt placet nō. glo. ſup ꝟ. vel habitus. quod intelligo dū tn̄ color
ſit honeſtus. ar. c. clerici. de vi. ⁊ ho. cleri.

¶Item limito dūmodo oēs in eodē monaſterio ſaltē in habitu ſupioris
ſe ↄformarēt i colore ne videat̄ int̄ eos diuſſitas ar. i. c. de⁹ q̄. đ vi. ⁊ ho. cle

¶An ꝓhibitus eligi poſſit poſtulari. ¶Glo. in ꝟ. eligat̄. ꝙ ſic. ¶Et nō. in eo ꝙ
dicit religioſū poſſe poſtulari in p̄latū alteri⁹ religionis vel habitus.
Licet nō poſſit eligi ¶Et hoc ideo qꝛ talis nō ꝓhibet̄ eligi ꝓpter crimen
ſed ꝓpter diuerſitatē religionis vel habitus.

¶An aūt laic⁹ poſſit poſtulari in p̄latū religioſū. viđ nō. i. c. cū mōſteriū. đ
elec. ⁊ de mā. gn̄alr̄ an ꝓhibit⁹ eligi poſſʒ poſtulari. viđ plē nō. i. c. ſi. de

¶Itē nō. ex eađ gl. talē poſſe ſolū a papa poſtulari. rō qꝛ ¶poſtu. p̄la.
null⁹ citra papā p̄t diſpēſare ↄtra ↄcilij ↄſtōnē q̄lis fuit illa cle. i. ¶Et in
h nō. illā gl. ſic intellcāʒ. ¶Et idē vr̄ velle gl. in. c. cū dilecti. de elec. fac tex
in. c. cū dilcs. de p̄bē. plē examino in. c. aſi clerici. §. de adlterijs. đ iudic̄

¶Q2 conſtō odioſa ſeu pēalis dʒ extēdi ꝑ ſilitudinē rōis exp̄ſſe nō. eādē gl
in ꝟ. eligat̄. ¶Et aduerte qꝛ ſolʒ allr̄ari hec gl. ꝙ tal̄ extēſio fieri non dʒ ñ
qñ rō ē exp̄ſſa. ꝫ certe h ſpecifice nō req̄ret hec gl. ꝫ allr̄at rōeʒ ibi exp̄ſſā
¶Idē igit̄ dicēdū vbi ē tacita ⁊ ſbintellcā qꝛ taciti ⁊ exp̄ſſi nō ē diā. vt
in. l. cū quid. ff. ſi cer. pe. eē in rōe ↄſtōis vt in rl̄a ſi. de re. iur. li. vi. ⁊ in. l
nō dubiū. ¶C. de legib⁹. ¶Et ꝙ h fuerit de mēte ¶Io. an. pʒ in glo. ſua. i cle
i. §. de ℞p. vbi dixi ad ideʒ vide bo. tex. in. l. ij. §. q̄d ſi curatores. ⁊ in ꝟ.
q̄d g° ſi nō fuerit. ff. ad tercul̄. ⁊ i. l. libertū. §. ſenat⁹. ff. de ritu nup. ⁊. l. ſi
i. ℞n. ff. q̄ pe. tu. ꝑ bar. i. l. ſi ↄſtāte. ff. ſolu. mat̄. in vij. ⁊. ix. q. aliq̄d boni. ſ
l. ij. §. i. ff. đ his q̄ nō. iſa. ꝑ bal. in. l. maximū viciū. ¶C. de liberis p̄ti. ⁊ in
l. ſcire. §. ſufficit. ff. de excu. tu. vide eē de mā ꝓ ⁊ ↄtra ꝑ glo. in. c. in fidei
fauorē. de hē. li. vi. ⁊ in. c. ↄſtōeʒ. de rl̄a. e. li. vi. ⁊ in rl̄a odia i mercu. ⁊ in
c. i. de tēp. or. li. vi. ꝑ do. an. i. c. ſi. đ ↄſue. ⁊ in multis alijs locis tractat̄
ꝫ iſta occurrūt mihi de p̄ſti abſq₃ alia librorꝫ reuolutione.

An religioſus poſſit eligi in ꝑlatū eccleſie ſecularis collegiate nō epalis
vide ꝑ glo. in ver. ſecularis. ⁊ vr̄ poſt multa inclinare in ꝑtē affirmati
uam. ⁊ ex eadē glo. nō ꝙ clerici ſeculares nō dicūt habere certū hītuꝫ
nec reſpectu coloris nec reſpcu forme. Licet certi colores ⁊ certe forme
ſint eis ꝓhibiti. largo tamē modo dicit habitꝰ clericalis conueniēs et
clericis nō ꝓhibitus. qđ nō.
Itē ex eadē glo. nota ꝙ habitus certꝰ diſcernit aut rōe forme aut rōe co
loꝝ. ſi ergo nō aſtringit q̄s ad portādū veſtes ſub certa forma vel ha
bitu nō pōt dici ꝙ hēat certū habitū Licꝫ certe forme ſint ſibi ꝓhibite
vel colores qđ tene mēti quia facit ad multa vid ad p̄dicta glo. nota
bilē. xxi. q. iiij. in ſūma. que tractat an clerici poſſint vti veſtibꝰ p̄cioſis.
maxie ſericis ſm ꝯſuetudinē regionis. ⁊ q̄d de ſendato.

Cle. ii. De romani electioni.

Q ꝯſiliū gn̄ale nō poſſit tollere ſeu corrigere vel aliter violare ꝯſtitutōꝫ
pape. etiā ſede apoſtolica vacāte glo. ē quā reputo ſingularē in v. infe
riorē. in fi. Qđ limito niſi in his in q̄bus ꝯſiliū ē ſuꝑ papā. Et h̄ ꝑfecto
fuit de mēte illiꝰ glo. relate ad tex. Excluſit enī ꝯſiliū tanq̄ inferius et
vti habens ptātem a papa. Secus ergo vbi ē ſuꝑius ⁊ ptātem habet
a deo. qđ qn̄ ꝯtingat vide qđ legit ⁊ no. in. c. Anaſtaſius. xix. di. ⁊ in. c.
ſi papa. xl. di. pleniſſime dixi in quadā mea diſputatōe in qua tractaui
de hac materia. ſcilicet de ptāte ꝯcilij ⁊ pape.
Nūquid inferior hn̄s iuriſdictōeꝫ pōt iuuare legē ſuꝑioris apponēdo vl
augēdo penā Dic ꝙ ſic. nō. glo. in v̄bo tolli. ꝓbatur in. c. vt animaruꝫ
§. i. de ꝯſti. in vi.
Q cardinales faciūt cetū ſeu collegiū nec ꝯbēt cēſeri iur ſinguloꝝ. Licꝫ
ſingulariter ſint in eoꝝ titulis collocati vide bonā glo. in v. ꝑ cetū. fa-
cit qđ notat Inno. in. c. cū te. de re iudi. vbi ꝓſequit an collegiū cardi-
naliū poſſit reſtituere fame.
Nota ſeptē modos ꝑ q̄s ꝯſtitutio ſuꝑioris pōt tāgi quoꝝ quilibet ꝓhi
betur generaliter ſb dito. Primꝰ ē modificare. Secūdus eſt corrigere.
Tertius eſt mutare. Quartus quicquaꝫ ei detrahere. Quītꝰ aliquid
addere. Sextus diſpēſare quōlibet circa ip̄am ſeu aliquaꝫ eiꝰ ꝑtē. Se
ptimꝰ illi renūciare. glo. iuncto tex. in v. modificari. Ex quo nota ꝙ re
gulariter is qui nō pōt ꝯſtitutionē tollere nō valet circa illā diſpēſare
Ita arguit ſi bene ꝯſideratur tex. ille iūcto p̄ncipio cū ver. opinionum
ꝓbatur rōe qr ꝑ talem diſpēſationē vulneraret ꝯſtitutio q̄ ad illā cāꝫ
xxiij. q. iiij. diſplicet. Et uide bonam glo. que ponit diffinitōeꝫ diſpēſa
tionis. i. q. vij. §. niſi rigor. quādo ergo inferior diſpenſat hoc fac̄ ex po-
teſtate ſibi ſpāliter ꝑmiſſa. vt in. c. dilectus. de tēpo. or. ⁊ in. c. Atſi cleri
ci. in §. de adulterijs de Iudi. hic tamē poſſet notari ꝙ ſtricto mō aliud

eſt tollere ꝯſtitutõez ⁊ aliud ꝯtra illam diſpẽſare qꝛ tex. in dicta cle. ne Romani poſuit illa vt diuerſa. ⁊ h̄ voluit glo. notãda in v̄. diſpẽſari. Et dic ꝙ tollere eſt in totũ eneruare. Diſpenſare quo ad certũ caſum relaxare.

Q꜄ vicariatus eccleſie vniuerſalis ſolũ petro ⁊ ſuis ſucceſſoribꝰ apl'is fuit datꝰ. nec trãſit ĩ aliũ. Sede apoſtolica vacãte. nec papa h̄ mortuo vel decedẽte papa grex fideliũ ẽ ſine paſtoꝛe vel eccleſia ſine ſponſo. qꝛ ſponſus rectoꝛ ⁊ paſtoꝛ ẽ chriſtus et caput eccleſie. que ẽ ipſius coꝛpꝰ Hoc ponit glo. notabilis in v̄. nõ ꝯſonã. Ex qua notabiliter argue ꝙ etiã ad ꝯciliũ gñale nõ trãſit vicaria ſede vacãte ⁊ ſic nõ põt cõcilium exercere ꝑtãtem que ſpectat ad papã De cetu vero cardinaliũ non eſt dubium ꝑ tex. dicte cle. ne romani. Vide tñ quod dixi in diſputatõne quam ſuper hac materia feci. Et ad pꝛimũ dictũ facit. c. ita do minus. xix. di. ⁊ c. hec ẽ fides. xxiiij. q. i. In ꝯtrariuz facit. c. quodcunq̃ ligaueris. e. cã ⁊. q. Glo. tñ ibi facit ꝓ pꝛima opi.

Cardinales poſſũt in actu electõis ſtatuere ſeu oꝛdĩare ꝙ qui nominat᷑ a pluribus numero ſit papa nõ expectato ſenſu duaꝝ ꝑtiũ glo. in ver. repꝛobamꝰ ⁊ idẽ pꝫ ꝙ tñ dixi hoc nõ poſſe fieri vno ex cardinalibꝰ contradicẽte. ar. l. Sabinus. ff. cõi di. facit quod no. doc. in. c. ſcriptum. de elec. ⁊ ꝓpꝛie vide glo. iũcto tex. in. c. ſi cui. in v̄. ꝑ̄ter. de elec. li. vi.

Q꜄ cardinales nõ poſſũt creare cardinalẽ etiã moꝛtuo papa glo. in ver. ꝑtãtis. Ex qua infert᷑ iũcto tex. ꝙ creare cardĩalẽ ſpectat ad ſolũ papã

Ea que ſpectãt ad collegiũ cardinaliũ ſine papa pñt exercere ſede vacãte. nõ ob. ꝯſtitutõe illiꝰ cle. ne romani. Glo. in ver. ꝑtinentis.

Ad officiũ camerarij pape ꝑtinet temꝑalia pauperibꝰ erogãe Et hodie eſt magnũ officiũ. ⁊ iuriſdictõnem exercet circa oẽs debentes camerę apoſtolice ⁊ auditoꝛẽ hꝫ ad hoc quẽ poterat habere etiã ſede vacãte. vide glo. in ver. camerariũ.

Cardinalis ſolet eẽ maioꝛ penitẽtiarius tꝑe tamẽ incluſionis in ꝯclaui maioꝛ penitẽtiarius ſi ẽ cardĩalis nõ poteſt vti officio Si tamẽ nollet in clauſura manere etiam perſonaliter vtit᷑ officio vt in ver. maioꝛem et ibi glo.

In ꝑtinẽtibꝰ ad cetũ ſeu collegiũ cardĩaliũ valet quod ſit a maioꝛi ꝑte ĩpoꝝ niſi aliud iure caueat᷑. glo. in ver. cetus. Et ex. e. gl. nõ. iuncto tex ꝙ vbi plura facta iungũtur in eadem diſpoſitione qualitas appoſita inter verba vniꝰ facti nõ qualificat aliud factũ. Licet ambo fẽa regãt᷑ eodẽ verbo quod bene notabis. facit ad nõ. ꝑ bar. in. l. talis ſcriptura de legatis. i. ⁊ in. l. p̄toꝛ ait. ff. vi bo. rap. vide diligẽter qd̄ dixi ĩ. c. ſcd̄o requiris de appella.

¶ An camerarius pape Auditoꝛ camere et mareſcalcꝰ habeãt ꝑtãtem oꝛdinariã vel delegatã ſiue

iuriſdictõez vide glo. in v. expirare. Ex qua etiã nota. in fi. ꝙ īqſitor he
retice prauitatis hȝ delegatã ⁊ nõ ordiariã Et ſpāle eſt ꝙ ipiꝰ officiuȝ
non expirat etiã mortuo papa. de quo vide qđ legitur ⁊ notatͬ in. c. ne
aliqui. ⁊. c. ꝑ hoc de here. li. vi.

Quãdo aliquid dȝ fieri a pluribꝰ etiã collegialiť ꝯcorditer. oȝ ꝙ nullus
eoꝝ diſcrepet. Ex quo nota ſignificatū hꝰ aduerbij ꝯcorditer. Jdeȝ eſt
ergo fieri ꝯcorditer qđ vnaniter ⁊ nemine diſcrepãte. vide glo. et tene/
bis mẽti in ver. ꝯcorditer. Jdẽ nõ. glo. in. c. cupientes. e. ti. li. vi. ⁊ videť
ꝓbari in. c. quorūdã. e. ti. ⁊ li. vide qđ plene dixi. in. c. nõ põt. de re iudi.
vbi glo. vr̄ innuere ꝯtrariū.

Ex idẽtitate rõnis diſpoſitū in morte naturali hȝ locū ĩ morte ciuili. viđ
glo. in v. moriẽte. ⁊ legiť ⁊ nõ. in. l. deo nobis. C. đ epi. ⁊ cle. vide qđ nõ
in. c. cū ſis. de cõuer. cõiu. Sic limita qđ nõ. glo. xvi. q. i. placuit. ij. q̄ diť
mortẽ ciuilẽ nõ eq̄ꝑari nãli morti niſi in caſibꝰ iure exp̄ſſis.

Territoriū ⁊ diſtrictꝰ ꝓprie ſūpta dr̄n̄t a dioc̄. Nã territoriū ſeu diſtrictus
eſt in quo hȝ quis iuriſdictõeȝ. lȝ ſit alteriꝰ dioc̄. vide glo. in v. dioceſiȝ
facit. l. pupillus. §. territoriū. ff. de v. ſigni. Qñqȝ tñ poniť ꝓ dioceſi vt ĩ
dc̄a cle. Ne romani. ⁊ vide glo. in v. h̄ cãu.

Dx mortuis vel exn̄tibꝰ de ꝯclaui omnibꝰ Cardinalibus p̄ter vnū apud
illū ſolū remanet Jus eligendi papã ſicut ſeruatͬ in alijs collegijs. qđ
bene nota. vide glo. in v. omnes.

Dx ſi oẽs cardiales recedūt đ loco in quo fiẽda eẽt electio pape. vide glo
in v. dioceſim. in fi. ⁊ in v. ꝯpellãt. Et ibidẽ hr̄ ꝙ ſi aliqui cardiales vo
lunt intrare ꝯclaue timentes iuſtū metū mortis citatꝰ ad curiã auc̄te
pape nihilominꝰ teneť ire vel mittere mortuo papa vt prius no. glo. ĩ
ver. quacūqȝ cauſa ꝑ tex. §. fi. huius cle.

## Cle. Cauſam electionis.

Cum intimatͬ appellatio in cauſa electõis poſtulatõis vel ꝓuiſionis intͬ
poſita dȝ dari tenor ipiꝰ appellatõnis expẽſis ipiꝰ apellãtis. nõ. glo. in
ver. porrecto. Et idem vr̄ dicẽduȝ in alijs caſibus in q̄bus fiẽda ẽ ali/
cuius intimatio. ar. illiꝰ cle. in fi. adducit p̄allega. glo. ſimile in libello.
cuiꝰ copia tradiť expñ. ipiꝰ actoris. Et nota ſinglr̄ariter vtrūqȝ dictum
Circa p̄mū quidã ibi tenuerūt ꝯtrariū dicẽtes ꝙ lectio ſeu ꝑlectio bñ
fit expenſ ipiꝰ intimãtis Copia vero fit expeñ. appellati Ego dico ꝙ ſi
tex. ille bene põdereť in ver. porrecto. h̄ intẽdit ꝙ aut volẽs appellatõȝ
interpoſitã intimare nõ curat illius tenorẽ ꝑlegi facere in p̄ñtia ipius
appellati. ⁊ tūc teneť ibi dare copiã expenſis ſuis ar. in. c. appᵒ. de appel.
li. vi. An facit ſibi illã perlegi. ⁊ tūc ſatis ẽ ꝙ illi copiam trãſcribi faci
at ſub forma publica Quo ad ſcđȝ de libello. vide aliã gl. in cle. Sepe

de v.ſigni.in ver.ꝓnūciatio.que idē tꝫ.Sed vide Bar.i.l.i.ff.de eden.
et qđ ſcripſi in.c.i.de libelli oblatōe.

Intimatio vel citatio dꝫ fieri ad domū in qua quis cōir habitare ꝯſue/
uit ⁊ dicit̄ illa in qua plus ꝙ̄ alibi habitauit Licet vltra dimidiū ānū
ibi nō habitauerat.Etſi aliq̄lit̄ habitat in duob⁹ locis poterit ī q̄libet
illoꝝ locoꝝ fieri intimatio ſeu citatio vide tex.iuncta glo. in v.cōiter.
et de mā vide ꝑ bar.in.l.iiij.§.ꝑtor ait.ff.de dam.infec.et qđ ſcripſi in.c
tam̄.de do.⁊ ꝯtu.Pau.tñ in dicta cle.dicit ꝙ glo. ꝓcedit qñ ꝑempt⁹ in
vtroqꝫ loco habitabat.Si vo tpe ītimatōis habitabat in alio tūc ibi
dꝫ fieri intimatio vbicūqꝫ requirit̄ alic⁹ actus intimatio. etiā cū ſolen
nitate ſufficit ſcīa ſeu notitia certa ⁊ plena illius actus intimāda. nō
ergo requirit̄ neceſſario intimatio data notitia.vide bonū tex.iuncta
glo.in ver.certa.in dicta cle.cauſam.

Quod intellige qñ intimatio eſt fienda ad finē ſimplicis notitie haben/
de vt in caſu dicte cle.Secus ſi req̄rit̄ etiā ad aliū effectū.puta vt veni
at ad defendēdū denūciantē de q̄ vide qđ no.dy.in regula eū q̄.li.vi.⁊
ꝑ Bar.in.l.emptor.C.de actio.ēpti.ꝑ canoniſtas ī.c.fi.de empt.et vē.
vel dic ꝙ aut requirit̄ ſola intimatio ⁊ ſufficit notitia ſine intimatōne
vt hic.Aut requirit̄ nō ſolū intimatio ſꝫ etiā requiſitio ad aliquid fa/
ciēdū ⁊ tūc nō ſufficit notitia ſine intimatōe.et ita loquit̄.c.fi.de ēp.et
ven.⁊ hoc voluit glo.fi.hic in ꝓn.quā nota.

## Cle. Conſtitutionem vt circa

Si is qui nō dꝫ admitti ad ꝓbādū ex defectu aliquo fuit de facto admiſ
ſus.valet ꝯfeſſio ſeu ꝓbatio aliās legittime facta. vide bonū tex.in dcā
cle.ꝯſtitutōeꝫ.iuncta glo. penlt.⁊ facit qđ no.Inno.in.c.fi.de reſti.ſpo.
vbi ſimpliciter dicit valere ꝯfeſſionē factā ī ꝓceſſu nullo.⁊ vide ibi tex

## Cle. Quod circa religioſorū

Licet ꝯſtitutio papalis etiā ꝓhibet ꝯſecratōeꝫ ſeu ordinem vel aliud ſa/
cramentū in certo caſu ꝯferri ⁊ decernat irritū cōtra factū.nō per hoc
ſi ꝯtra fiat impeditur caracter.et ſi ipſius impediatur executio.nō.glo.
in ver.vel aliquod.vide qđ notatur in.c.quāto.de ꝯſue.⁊ hoc tene.

## Cle. In pleriſqꝫ eccleſiis.

De vocib⁹ abſētiū nō vacandoꝝ vel vacandoꝝ qui venire noluerunt
vel expreſſe renūciauerūt nō dꝫ hr̄i ratio etiaꝫ in caſu quo requiritur
concordia oīm qui ſunt de collegio. Et idē de illis qui certo reſpectu
vocem nō hñt vt ſunt in collegio mariū nō ꝯſtituti in ſacris vel ī mo
naſterijs nō ꝓfeſſi. vnde etiā ꝯſiderato mero facto nō habēt iſti ꝓ diſ
cordātibus.vide bonā glo.in ver.que in facto circa finē.

## Cle. Statutū ſuper bonis.

An ex ꝯſuetudine poſſit deberi ꝓ munere iudicādi quota litis. vide glo. cum ſuis remiſſ. ꝟ. ex iuriſdcōe.

Utrū ꝯſuetudo ſemel a iure dānata poſſit iterꝫ introduci vide glo. notabilē ⁊ ſꝑ mēti tenēdā in ꝟbo ꝯſuetudinē in fi. que ſentit ꝙ ſic. Et ꝓ illa glo. optīe pōt adduci rō. c. nō debet. in ṗnci. de ꝯſugui. ⁊ affi. recipit eī lex mutationē ſcd̄m diuerſitatē temporū facit iiij. di. erit autem Lex.

Cōtrariū videt̄ ſentire pau. ⁊ Jo. de lig. in cle. ij. de re. ecc̄. nō alie. ⁊ bar. ī l. oēs ꝑpl̄i. ff. de iuſti. ⁊ iure. ⁊ ī. l. de q̄b⁹. ff. de legi. ⁊ vide ꝑ Jo. an. ī addi ſpe. de inſtru. edic. §. ꝯpendioſe. ꝟ. ꝫ nūq̄d de ꝯſue. ꝑ Bal. in. c. i. de capi. corra. coll. x. vbi dicit ꝙ aut ꝯſuetudo habebat id qd̄ ius cōe. ⁊ p̄t iterꝫ ꝑſcribi al̄s ſec⁹. qꝛ ṗmo cāu ē potius iuris obſuātia quā conſuetudo iuxta nō. in. c. i. de ꝯſti. vide tn̄ qd̄ plene dixi in. c. ij. de ꝓba.

Dx. licet ſede vacāte deuoluat̄ iuriſdcō epālis ad certas ⁊ ſingulares ꝑſōas rōe iṗaꝝ dignitatū ex ṗuilegio ꝯſuetudine vl̄ ſtatuto. Nō tn̄ deuoluit̄ iṗi⁹ iuriſdictōis emolimētum. niſi ſpecifice ꝭ hēat ꝯſuetudo qd̄ nota. qꝛ ualet ad multa de quo vr̄ tex. hic iūcta glo. in ꝟ emolimento. Nec erit emolimētū rōe acceſſorij. Cum qꝛ hoc eſt ṗuilegiū in alterius ṗiudiciū id̄ reſtringendū. Cum ꝓpter rōnem notatam hic in glo. i.

## Cle. ſi. Cum conceſſa.

Uerbum ꝓuiſio eſt ſatis latū ꝯp̄hēdit eni in ſe noīatōeꝫ poſtulationeꝫ. pſ̄itatōnē ⁊ collatōeꝫ. vide glo. in verbo ꝓuiſioni. ⁊ idem dic de electōe pari rōe. ꝫ glo. hic nō fecit mētionē de electione qꝛ tex. hic ad maiorem declaratōem de ea fecerat ſpālem mentionē. Nam qn̄ ſpēs adiūgitur generi tunc gen⁹ ꝯp̄hendit omnes ſpēs preter expreſſam. ad hoc qd̄ legit̄ ⁊ notat̄ in. c. i. de ꝯſti. Uel dic melius ꝙ electio nō ꝯprehēditur ſub verbo ꝓuiſionis vel diſpōis. tex. eſt in. c. cū in illis. i. Rn. de preben. li vi. ⁊ ibi glo. ſuꝑ ver. electioneꝫ. ⁊ ꝭ in materia ſtricta. In materia vero larga tene qd̄ prius dixi ar. hic ⁊ ex nō. in. c. cū in illis.

Dx. nō pōt dari religioſo licētia ꝯſentiēdi electōi vel ꝓuiſioni ſi quā ꝯtingat de eo fieri etiā in certa eccleſia ⁊ hoc ꝓpter viciū ambitōis reṗmēdū. vt nō. glo. in ver. ſi quā oꝫ. ergo qd̄ prius vocet̄ ⁊ poſtea licētia ꝯcedatur. Sic intelligit̄. c. Si religioſus. de elec. li. vi.

Dx. vigore licentie gn̄alis nō pōt religioſus ꝯſentire electōi etiā de eo ṗ⁹ facte iṗo ignorāte. Ratio qꝛ talis lnīa virib⁹ nō ſubſiſtit. vide tex. iuncta glo. in uer. nullius.

Male facit abbas abſoluēs mōachū vt poſſit intrare aliud mōaſteriū ſi illud hēat paratō ⁊ eſſet ꝙ illum recipe velit. tamen valet ſi hoc facit vide. glo. in ver. firmitatis Secus tamen eſt qn̄ dat licentiaꝫ vt poſſit

ↄſentire puiſioni de eo facte vt in dicta cle. ſi. qꝛ tūc nō valet talis licē
tia vt ibi. ꝛ hꝫ qꝛ maioꝛ tūc notatꝰ ambitio. In clericis tñ ſecularibus
bene valeret talis licētia qꝛ maioꝛ notatur ambitio in profeſſo nō gl.
in ꝟ. prealle. ꝛ nota eam.

R. ¶ De Renūciatione.

Cle. Cum illuſio.

Tenet reuocatio pcuratoris facta poſt petitā licētiā cedēdi nondū obtē
tā. Si reuocatōis notitia puenit ad pcuratorē vel ad ſupiorem. Secꝰ
dicit ſi iā erat obtēta licētia vide glo. in ꝟ. cedendū.

Dr. ad cedēdū beneficio etiāſi ſit pontificalis dignitas pōt cōſtitui vnꝰ
procuratoꝛ vel plures.

Item clericus vel laicus etſi plures ↄſtituūt nō ē vis an in ſolidum an
ↄiuncti vide glo. in ꝟ. pcuratorē. ꝛ nō eā. qt̄ſs dici de laico.

Si quis p iſtū metū ↄſtituit pcuratorē ad cedēdū pōt illū etiā ignorātē
reuocare tenebit qꝫ reuocatio Licet reuocatōis notitia nō puenit añ
renunciationem ad ipſum procuratorem vel ad ſuperiorem vide tex.
iūcta glo. in ver. Sponte.

An ꝛ qñ valet pcuratoris reuocatio abſqꝫ ipiꝰ certioratōe. vide plures
opi. poſitas in ꝟ. tenet ꝛ vide quod in. c. ex parte decani. de Rptī.

An in manibus collatoris vel ↄfirmatoris poſſit fieri renūciatō bñficij
vide glo in ꝟ. manibꝰ q̄ p̄mo dic̄ qꝫ ſic. licet iſte nō ſit epus. Poſtea po/
nit opi. Inno. que cōir vr̄ teneri qꝫ renūciatio dꝫ fieri in manibꝰ illius
qui pōt inuitū deſtituere. et tene mēti hāc opi. vide qd plene dixi in re
petitōe. c. ſi quis ↄtra clericū. de fo. cōpe. Si mandatū de cedendo erit
generale puta ad cedendum in manibꝰ eius qui recipe de iure poteſt
cui tūc dꝫ fieri reuocatōnis intimatio dic qꝫ pcuratoribus vel oībus
qui de iure poſſent talem ceſſionem recipe vide glo. in ꝟ. facienda.

R. ¶ De Supplenda negligētia prelatorū.

Cle. quia regulares.

Jus nouū vel puilegiorꝫ derogatiuū diſponēs d regularibꝰ nō extēdit
ad clericos ſeculares lꝫ i vtriſqꝫ eadē rō vid glo. ꝛ tene eā mēti ſup ꝟ.
reglares. Sꝫ in ↄtrariū vr̄ glo. in cle. i. §. de rp. in ꝟ. pſidētes vbi dixi.
Cōcordādo pōt dici dupl'r. Prio qñ iſtud pcedit i diſpōe iurl. noui vl'
i iure derogatio puile. que dñt reſtrigi nec extēdi etiā ex ſiſitudie rōis
iur̄ nō. p bar. in auc̄. qs actōes. C. de ſa. ſan. ecc. et facit. l. pcipimꝰ. in fi.
C. de appel. Vel ſcdo dicas qꝫ ↄtra regulares ſpecifice fuit diſpoſitū
qꝛ ipi frequēt̄ i hiſ excedebāt vt dr̄ in lr̄a. Ideo ſi dꝫ odiū ad alios extē
di q̄ i his ſi ita de facili ↄmittebāt vt voluit i ſili Jo. an. i rl̄a odia. i vi.

Si beneficij collatio ꝑtinet ad capitulū eccleſie collegiate īferioris citra
cathedralē ꝑ ipſi⁹ negligentiā in ↄferēdo deuoluit collatio nō ad dio
ceſanū loci illi⁹ ꝫ ad ꝓlatū ipius loci ſeu capituli.glo.eſt nōbilis in ℣.
ꝓlati.Et nota illā glo.qꝛ neſcio eam alibi. Ex qua infert qđ ſicut a ca
pitulo eccleſie cathedralis fit deuolutio ad epm̄ vt in.c.ij. de con.ꝑbē.
et in Cle.Si de beneficio.e.ti. Ita dicendū in inferiorib⁹ collegijs.vt
deuolutio ꝑmo fiat ad ꝓlatū īmediatū. In ↄtrariū fac̄ qꝛ iſti iferiores
hn̄t collatōez de iure ſpāli Ideo dꝫ fieri deuolutio ad epm̄ ad quez de
iure cōi ꝑtinet collatio.qꝛ res de facili redit ad naturā ſuā.facit.c.cuz
ↄtingat.de deci.et xxxv.di.ab exordio.Primū tamen dictum eſt valde
equū ꝓpter ↄiunctōez que eſt inter ꝓlatū ⁊ ſuum capl̄m Et idē eadem
rōne dixerūt quidā ↄtra vt de prelato inferiori fiat deuolutio prīo ad
capitulū ⁊ poſtea ad dioceſanū ⁊ tex.illius cle.quia regulares.intelli
gunt quādo prelat⁹ habebat ↄferre de ↄſenſu ſui capituli.quo caſu in
dubie fit deuolutio ad epm̄ ꝓpter negligentiam vtriuſqꝫ.et hoc tenuit
ibi Pau.tamen in contrariū vide hic notata per doc.et pro dicto glo.
et pau.allego tex.optimum in cle.ne in agro. in verbo Abbate.de ſta/
tu regularium.

Ex negligentia debentiū eligere vel ꝓſentare deuoluit ptās ad ↄfirmā/
tem vel inſtituentē ſiue ſit dioceſanus ſiue alius glo.ē ſingularis hic
in ℣.diſpōez.Ex qua nota ꝙ ptās nō deuoluit ad epm̄ n̄ ad eū ſpectet
ptās ↄfirmādi vel inſtituendi. Ad hoc bene facit in argumentū.c.Si
vero.de iur̄ pa.quod nō.

Dx.licet in certis beneficijs ſ͛m loci ↄſuetudinē nō fiat collatio ꝫ ↄmiſſio
nihilomin⁹ ſi talis ↄmiſſio n̄ fit.ī.tꝑa lateraneñ Cōcilij deuoluit ptāſ
ad ſupiorē Glo.eſt notabilis in ℣.ↄmittere.qđ intellige qn̄ ex tali con
miſſione ↄſtituit ſpālis admiſtratō.vt in.§.ꝑmiſſa.Quidā tn̄ intellexe
runt hic qđ idē ſit ↄmittere ⁊ cōferre.vn̄ tex.in ꝑn.ponit diſiunctiuam
vel inter ↄmittere ⁊ ↄferre.et ꝫ forte verius.

Si priorat⁹ ē ꝑncipalis ꝓlatura in eccleſia regulari collegiata ⁊ ei ꝑ viā
electōis ꝓuidet hꝫ locū in eo.c.ne ꝑ defectu.et elec.vt det temp⁹ triuꝫ
menſium ad eligendū.vide glo.in ℣.lateraneñ.

Exēptio ꝓlati habētis ius ↄferendi nō impedit deuolutōnem collatōis
ad dioceſanuꝫ ī beneficijs nō exēptis rōe negligentie in nō cōferendo
vide bonam glo.in ver.ſua.in ꝑncipio.

An deuoluit ptās cōferendi rōne negligentie in beneficijs exēptis que
auc̄te pape dioceſanus hꝫ ↄferre iuxta diſpōitōez hui⁹ cle.Et ſi deuol
uitur.ad quē fiet deuolutio.vide de vtraqꝫ qōe in.e.glo. que tandem
videt ſentire ꝙ nō hꝫ locū in talib⁹ deuolutio.qꝛ habentibus cōferre
auctoritate pape nō currit tempus vt in executorib⁹ datis ad bn̄ficia
nō glo.in cle.Si de bn̄ficio.đ ꝓbē.Et ſuppoſito ꝙ fiet deuolu⁹ recurrēt

ad papam ⁊ non ad inferiorem.
Quid aūt ſi executor ꝯfert notorie indigno An teneat collatio Et ſi nō
tenet an deuoluat̃ poteſtas ad papā. an ꝟo r̃maneat penes ordiariū
apud quē prius cōſiſtebat. vide pulcre per Inno. in. c. inter dilectos. d
exceſ. prela.
An poteſtas cōferēdi deuoluat̃ ad dioceſanū in beneficijs exēptis ſi col
latio fuit facta indigno ſicut obſeruat̃ cū collatio negligit̃. vide gl. in
ver. negligentiā. que ꝯcludit ꝙ nō. cū hec cle. ponit ius nouuꝫ ⁊ preiu
dicet ꝑuilegijs exceptōis. Ex hoc nō. ꝙ in iure reſtrīgibili nō parificā/
tur ꝯferri indigno ⁊ nulli ꝯferre. Secus in iure nō reſtrīgibili cum ibi
paria ſint nullū p̄latum ⁊ inutilem prelatum habere. vt i. c. ij. de trāſla
prela. Et ꝓ primo vide Inn. in. c. cum noſtris. de ꝯceſ. preben. vbi inter
hec duo ponit diuerſitatem.
In bn̄ficijs ſolitis ꝯferri ſecularibus clericis nō pn̄t religioſi hn̄tes p̄ſē
tatōeꝫ ſeu collatōnē p̄ſētare regularē ſeu ꝯferre regulari ſi illud bene
ficium nō eſt curatum vel illum volūt preſentare vt clauſtralem. vide
glo. in ver. ſecularib⁹. Ex qua nota ꝙ tanq̃ꝫ clericū ſecularē poſſūt p̄ſē
tare religioſuꝫ ſi beneficiū eſt curatū. Et dicūtur preſētare vt clauſtra
lem qn̄ volūt poſſūt eū remouere ad libitū. i. tūc remaneat clauſtralis
ſicut prius. Secus ergo q̄ndo iſti p̄ſentant vel cōferūt vt penit⁹ abſol
uatur ab obediētia mōaſterij. Et ſit ꝑpetuus rector illius eccleſie. ⁊ eē
nō. et tene mēti ꝙ patron⁹ eccleſie curate poteſt p̄ſētare ita religioſum
ſicut ſecularem. dūmodo nō preſētet eum vt clauſtralem. de q̊ vide qđ
plene notatur in. c. qđ dei timorē. de ſtatu. regu.
Succedens in ptāte ꝯferendi rōne negligentie vel delicti nō p̄t libere cō/
ferre cui vult ß cum ſuccedat in ius illius debet vti eodē iure quo ille
⁊ ſic debꝫ ꝯferri talib⁹ ꝑſōis quibus p̊mus tenebat̃ ꝯferre. vide textū
nōbilē quē ſemꝑ tenebis menti hic iuncta glo. in ꝟ. r̄ligioſis cū ſequē.
Et idem tenet pau. de liza.
Ex cā pn̄t eccleſie pēſiones noue imponi ⁊ veteres augeri ꝑ epm̄. nō tn̄
ꝑ habentē ptātem ꝯferendi. vide glo. in ver. imponat.
Beneficia de mēſa nō dicunt̃ vacare. vide gl. in ꝟ. de mēſa. iūcto tex. Sꝫ
tu ß limita ꝓut dicit glo. nō. ſ. de exceſ. p̄la. cle. i. in ꝟ. ad mēſam in fine
Et ibi optīe nō. que bn̄ficia vel bōa dicāt̃ ꝓprie de mēſa p̄la. vel capl̄i.
Inſtitutus ī eccleſia vt clauſtralis dꝫ habere ſociū. Secus ſi hꝫ rectoriaꝫ
tanq̃ꝫ quilibet clericus ſecularis vide gl. in ver. reuocari. et melioreꝫ. ſ.
de ſta. regu. ne in agro. §. ad hoc.
Qꝛ nō deſinit eſſe clauſtralis ⁊ obedientiari⁹ mōachus cui Epiſcop⁹ cō/
tulit prioratū ꝓpter negligētiā abbatis. qꝛ nec plus nec aliter confert
ſuꝑplēs q̃ꝫ negligēs. vn̄ ſic̄ ſi iſte abbas cōtuliſſet pōt illuꝫ reuocare ad

libitū ita ⁊ nūc Licet eps ſupplēdo ei⁹ negligentiā ꝯtulerit. vide glo. ⁊ tene eā mēti in ver. reuocari. dicūt tñ hic quidā ꝙ talis qui ſine cauſa reuocatur pōt implorare ſupioris officiū De q̄ vide quod ħ notatur ⁊ in. c. Inſinuāte. qui cle. vel vo. ⁊ qđ no. Jo. an. in. c. cū ſingula. de p̄bē li. vi. in nouel.

Q. manualia que nō ſūt de mēſa vacāt p mortem vel remotionem ſpoꝝ qui illis p̄ſidēt vide glo. prox. alle. iuncto tex.

## R. De Etate et qualitate ordinandorū.

### Cle. i. Cum eccleſie quibus.

Q. inter cardinales null⁹ ē qui ſaltē nō ē diacon⁹ notat glo. i.

An ꝯuerſi laici ſint virtute illi⁹ cle. excluſi a capitulo cū nō ſint in ſacris vt tex. iſte requirit. Dic ꝙ ſi oēs in collegio ſūt tales certū ē ꝙ non ex/cludūt cū textus iſte loquat de his qui mācipāt diuinis officijs. als ſequeret ꝙ moniales nō haberēt vocē in eaꝝ capitulo. ad ħ vide glo in ꝟ. mācipati. ⁊ pnl. ⁊ vlt. glo. in. c. ex eo. de elec. li. vi. Si aūt aliqui ſūt clerici aliqui ꝯuerſi laici. dicit hic eadē glo. ꝙ in ꝯuerſis laicis ħ nihil imutat p hāc ꝯſtitutōez qꝛ vt. s. dixi. iſta cle. loquit de mācipatis diui nis officijs. quales nō ſūt ꝯuerſi laici. ideo dicit hic glo. in eis ſtādum ei quod notat in dicto. c. ex eo. Sed aduerte tu. qꝛ ibi ſolū dicit talē nō debere eſſe in electōne vna cū clericis de alijs vero actibus nihil dicit Sed tu vide oio p fre. ꝯſilio. ccvi. ⁊ p Spe. in ti. đ ſindico. ꝟ. quid de cō uerſis. ⁊ p Jo. an. poſt egi· in. c i. de pcu. aliquid p Inn. in. c. ij. đ Inſti. ⁊ ꝙ talis nō ſit de capitulo facit in argumētū. c Etſi chriſt⁹ de iureiu. iuncta ſupſcrip. cū ſi. c. vide tñ in locis p̄alle.

Nō conſtitut⁹ in ſacris pōt habere vocē ī aliq̄ eccleſia collegiata clerico rum vel religioſoꝝ dūmō nō hēat rōne canonie. ħ hēat alio iure puta ex conſuetudine ſtatuto vel p̄uilegio glo. in ꝟ. mancipati in ſi. et tene eam menti.

Si canonic⁹ nō vult ꝓmoueri ad ſacros neceſſitate eccleſie vrgente. pōt canonicatu p̄uari vide glo. in ꝟ. impoſteꝝ. ex q̄ iūcto tex. ac iūcta glo. i ꝟ. anneri videt ꝙ canonicat⁹ de iure cōi nō hꝫ annexū certū ordinem ſacrum. exigēte tñ vtilitate eccleſie pōt moueri p ſupiorem vt faciat ſe ꝓmoueri ad ordinē neceſſariū. qđ ſi renuerit facere ſiñ legitima cauſa poterit priuari ⁊c. vide de mā qđ nō. in. c. licet canō. de elec. li. vi. in glo. añpenl. que ē notabilis plene diſtinguēs an ⁊ qñ ex non promotione ad ordines poſſit quis priuari beneficio.

Cōſtitutio reſpicit p̄terita reſpectu act⁹ futuri pendētis a iā habitis ſeu geſtis de p̄terito vide bonam glo. ⁊ tene mēti in ꝟ. impoſteꝝ. in ſi. Pro

cuius ↄcordaſi. et limitatione vide aliã bonã glo. in cle. i. de teſta. in ℣. deputatis.

Propenſius deriuatꝛ a prope vel propere. quod idẽ eſt qđ velociter vel feſtine. nõ. glo. in ver. propenſius.

Canonicus ĩ ſacris ſi ↄſtitutꝰ ſolũ ꝑdit vocẽ in capitulo ⁊ alia q̃ veniũt ex voce. Stallũ vero in choro retinet ꝓbendã ⁊ domũ optare põt ſicut aliꝰ canonicꝰ in ſacris ↄſtitutꝰ. dũmõ ↄſuetudo ſibi nõ obuiet.

Delegatus a papa dari põt ⁊ cetera facere ſicut quilibꝫ aliꝰ Canõicatꝰ q̃ quomõ depẽdent a voce capl'i. vide bonã gl. in ℣. In capitulo. Et hꝫ facit ad ea que ſupra dixi. videlicet ꝙ canonicꝰ nõ hꝫ ordinem ſacruꝫ annexũ a iure cõi. Sed canonici debent promoueri ſcđm vtilitatem ⁊ neceſſitatem eclceſie indigentis.

Canonicus nõ in ſacris admitti nõ põt etiamſi hoc ab alijs canonicis ſibi ↄcedatꝛ ad actus capitulares nec etiã ad actũ electõis. nec etiã epi poſſũt ſuꝑ hoc diſpenſare vide bonã glo. in ver. ↄcedatꝛ. Et nõ ex eadẽ glo. ꝙ ꝑ hoc verbum nullo modo ⁊c. interdicitur diſpenſatio inferiori citra papã. Ad idẽ vide glo. in ver. nullo modo.

Quid aũt ſi de facto talis admittitꝛ in. c. An electio vł alius actꝰ corruat. Dic ꝙ nõ. de quo ꝑ Jo. an. in rł'a qđ alicui. in mercu. li. vi.

An canonicꝰ ꝓmotus ad ſacros ante legitimã etatẽ dẽat ſeu poſſit hr̃e vocẽ in capitulo. durãte minori etate viđ glo. nõ. in. ℣. ↄſtitutꝰ. in ꝓnci pio. que tenet ꝙ nõ. Et vide in ſimili aliã glo. nõ. in. c. ei cui. cle. de ꝓben li. vi. que ↄcludit ꝓmotos ante etatẽ lt'imã nõ poſſe ↄſequi beneficiuꝫ requirẽs illũ ordinẽ ante etatẽ lt'imã ſuſceptã. Et tene menti vtranqꝫ glo. ad multa. ⁊ vide ad idem glo. ſ. prope fi. ſ. c. generaleꝫ. in verbo ob ſeruantiã Pau. tñ ibi tenet ↄtrarium. et forte hoc caſu verius qꝛ ħ nõ requiritur ordinis executio vt habeat vocem nec eſt ipſo iure ſuſpenſus ſed ſuſpendendus.

Si canonicꝰ nõ eſt in ſacris tꝑe vacatõis eccleſie tꝑe aũt electionis fiende reꝑitur in ſacris. an dẽat ſeu poſſit electõni intereſſe vide glo. in ℣. ↄſtitutꝰ ꝙ ſic. Quia debemꝰ in hoc ↄſiderare habilitatem tꝑe electõis fiende ⁊ bene loquitꝛ Et vltra iura all'ata adduco bonũ tex. in. c. ei cui de preben li. vi. Idem dic ſm eandem glo. ſi tempore vacationis non erat canonicus ſed tempore electionis fiende ſit.

Si canonicꝰ in ſacris nõ exñs tꝑe vacationis eccleſie vult ꝓmoueri ad ſacros in quatuor temporibꝰ occurrentibꝰ infra terminũ Jurł. ad eligendũ An canonici teneãtꝛ illum expectare glo. in ver. ↄſtitutꝰ. dicit ꝙ nõ pari mõ ſcđm eam nõ tenẽtꝛ expectare excõicatũ q̃ vult facere ſe abſolui vel abſẽtẽ in loco de q̃ vocandꝰ nõ erat. dicẽtẽ ſe velle dicẽ. qđ nõ

Jmputādū eſt ei ſibi ſe nō eē habilē tp̄e electōis.cuꝫ virtꝰ capl'aris ſit
penes habiles poſſūt illi q̄ volūt īfra iurl. terminū ad electōeꝫ ꝓcedere
ꝑ h̄ qđ le.⁊ nō.in.c.cū nobis.de elec.⁊ in.c.vno.ne ſe.va.li.vi.in p̄n.
Quid ſi nullus de capitulo eſt in ſacris ⁊ īminēt negocia que dēbāt ex
pediri ꝑ p̄latuꝫ ⁊ capitulū.Dic ꝙ ſolꝰ p̄latꝰ expediet ar.illiꝰ.c.vnici ne
ſe.va.qđ tene mēti.⁊ nō.glo.in ver.ꝯſtitutꝰ p̄allegatā. Ex quo collige
ꝙ tota poteſtas ꝯſiſtit penes p̄latū quando nullum habꝫ in collegio
vel nō habilē ad vocē dandum
Quid ſi īminet electio p̄lati.⁊ nullꝰ de capitulo ē in ſacris.Dic ꝙ ſupioꝛ
dꝫ expectāe ꝑ totū p̄fixū terminū iuris.qꝛ cū ip̄e vtat' iure deuolutōis
debet expectare ꝑ totū tempus pꝛefixum capitulo.vide bonam glo.in
dicto ver.ꝯſtitutꝰ.in fi.
Q2 certi oꝛdines ſacri vel nō ſacri certis dignitatibus.ꝑſonatibꝰ vel of
ficiꝫs vel bn̄ficiꝫs de iure cōi vel p̄meua inſtitutione bn̄ficiꝫ ſeu antiq̄
ꝯſuetudine vel ſtatuto poſſūt eſſe annexi.Et aduerte ꝙ talis annexio
p̄t eē duplex ſeu dupl'r facta Qñqꝫ ei annectit' ita ꝙ talis dignitas ſeu
beneficiū nō poſſit ꝯferri niſi ꝯſtituto in tali oꝛdine q̊ cāu nō p̄ōt quis
illud beneficiū obtinere lꝫ h̄eat etatem ad illū oꝛdinē ⁊ velit ſe ad illū
facere ꝓmoueri Sed oꝫ ꝙ pꝛius ſit ꝓmotus.Pone exēplum in eligen
do in epiſcopum qui pꝛius debꝫ eſſe ꝓmotus in ſubdiaconū ad minꝰ
vt in.c.accepimus.de eta.⁊ quali. Jtē pone exēplū in ꝯmēda.eccleſie.
ꝑrochialis que nō p̄ōt fieri niſi ſacerdoti vt ī.c.nemo deinceps.đ elec.
li.vi.⁊ vide bonā glo.in cle.vna.ꝫ.ti.ꝑx.in ꝟ.ꝓmouēdis.Qñqꝫ fit āne
ctio vt obtinēs illud beneficiū dꝫ eſſe ſacerdos.ſeu ſit p̄bēda ſacerdo
talis ⁊ tūc nō requirit' ꝙ tp̄e electōis vel ꝓuiſionis ſit ſacerdos.ſꝫ ſatl.
eſt ꝙ h̄eat etatē legitimā ⁊ velit ſe facere ꝓmoueri vt pꝛobat' hic in ꝟſi
illi vero.qui ſic debet intelligi ⁊ in.c.cū in cūctis.in.§.inferioꝛa.đ elec.
iuncto.c.i.de eta.⁊ quali.⁊ meliꝰ in.c.ij.de inſti.li.vi.⁊ in.c.ſi ꝑ clericis
paupeibꝰ.e.li.Hoc videret' de mēte glo.huiꝰ cle.in ver.annexi.iuncta
glo.p̄cedēti.⁊ ſequē.poſt pꝛin.quā bene notab.Cōſiderāda ergo ſunt
ꝟba annexionis ex quibꝰ poterit dep̄hēdi an oꝛdo requirat' tp̄e ꝓuiſi
onis an ſufficiat ꝙ ſuꝑueniat.
Q2 obtinēs beneficiū vigoꝛe lr̄aꝝ papaliū nō ob.ꝙ nō habeat oꝛdinem
tamé vide quod dixi in cle.i.§.de re.eccle.nõ alie. Et in iſtis in q̃bus
ſibi nõ vẽdicat locũ hec ꝯſtitutio.habebit locũ finis glo.ij. vt ſcilicet
reddant rationé pape. Legato vel ſuo ſuperiori. nõ enĩ cõpellerentur
reddere rationé ordinarijs locoꝝ.ſi exempti ſunt. cum ipſorum exem/
ptioni nõ derogetur per iſtã ꝯſtitutioné.ratione predicta.

Nõ ſufficit tacita ſuperioris licentia in caſibus in quib⁹ tenetur ſubdi/
tus petere licentiã ⁊ obtinere.vide gl.in ver.obtenta.

Superior qui dedit licentiã religioſis ſuſcipiẽdi executionis officiũ p̃t
illã reuocare.etiã re nõ integra.vide hic bonã glo.in ℣.obtẽta.quam
bene notabis in ſimilib⁹ queſtionib⁹

Nota ex glo.in ℣.tales.ꝙ ꝯſtitutio loqués de religioſis exemptis in p̃/
iudicium exemptionis.non habet locũ in clericis ſecularib⁹. Licet in
vtriſqꝫ eadẽ reperiatur ratio. Idẽ ego puto ſi ꝯſtitutio nõ veniat in p̃
iudiciũ exemptionis.ſꝫ al's ſit reſtringibil'.facit quod dixi poſt glo. in
cle.i.de re.eccle.nõ alie.et in cle.i.de ꝛ̃ptis. ex his infert glo.iſta ꝙ iſta
ꝯſtitutio nõ habet locũ in clericis ſecularib⁹ exemptis. ⁊ dic ꝙ in eis
ſeruabitur finis glo.ij.prealle.vt iſti reddant rationé pape. aut Lega
to.aut eoꝝ ſuperiori.⁊ loquitur hec glo.de exemptis. quia in clericis
ſecularib⁹ nõ exẽptis nõ ẽ dubiũ quin teneãtur reddere rationé loco/
rum ordinarijs cũ illis ſubſint.xi.q.i.de p̃ſona.

Ratio iſta de qua in tex.nõ ſolũ reddẽda ẽ epĩs locoꝝ.ſed ordinarijs in
ferioꝛib⁹ habẽtib⁹iuriſdictioné epãlé in ill' locis.cũ tex.hic faciat men
tioné de ordinarijs.⁊ nõ de dioceſanis.vid ħ gl.i ℣.locoꝝ ordinarijs

An executor teſtamẽtari⁹teneatur reddẽ rõeꝫ ſi teſtator eũ liberauit ab
oné rõnis reddẽde.gl.ħ i ℣.reddẽ ratiõeꝫ.remittit ad nõ.i.c. Iohẽs.e.

Executor teſtamẽtari⁹.de quo tenet̃ ħ reddere rationé ¶ ti.i ãtiquis.
ordinario loci.etiã nõ petẽti.vide hic gl.exigere.

Si ꝯſtitutio mãdat imponi penã debitã.⁊ illa nõ reperitur in iure exp̃ſſa.
venit imponẽda arbitraria.vide tex.iũcta glo.in ℣.debita. ex qua nõ
ꝙ pena arbitraria dicit̃ debita vbi in Iure exp̃ſſa nõ eſt.

℞. ¶ De Sepulturis

Cle.i Eos qui proprie

Verba generalia ꝯſtitutionis eccleſiaſtice ĩ materia ſubiecta ſibi ꝯp̃hen
dũt clericos ⁊ laicos.⁊ etiã mulieres.vide glo.ĩ hac cle.i.in fi.p̃me gl

Pro pluralitate clauiũ nota tex.hic iũcta glo.ij.

Nõ eſt loc⁹ penis hui⁹ cle.ſi excõicati.vſurarij.vel interdicti ſepeliunt in
cãpis vide gl.ĩ in vbo Cimiterijs.excõicatis tñ nõ dz etiã poſt mor/
tem cõicari.alr.cõicans ĩcidit ĩ excõicationẽ.vide gl.ſingularẽ.in.c.ad
hec.de puil.facit tex.ĩ.c.a nob.ij.de ſen.ex.et vid qd nõ.p doc.ĩ.d.c.ad
hec.⁊ ad ibi nõ.remittit ĩ gl.ĩ v.publice.in fi.

Quanq̃ tempe ĩterdicti pñt celebrari diuina alta voce ĩ q̃tuor feſtiſ ãni.
de q̃b⁹ in.c.fi.de ſen.ex.li.vi. Nõ tñ licet in illis mortuos ĩ Cimiterio
ſepeliri vel ſacramẽta ĩterdictis miſtrare.vide bo.gl.in v.a iure.

Excõicati excõicatiõe miori in illa decedẽtes nõ dñt in Cimiterio ſepe/
liri.ſi tñ de facto ſepeliant nõ ẽ loc⁹ penis hui⁹ cle. vide gl. ĩ in verbo
excõicatos.⁊ nota eam

Publicitaſ excõicatõis põt dici dupliciter.Primo reſpcu notorietatl.iu
ris.vt qz iudex alique excõicauit in bancho.pñtib⁹ officialib⁹ ſuiſ et
ptib⁹.vel altera ɔtumaciter abñte.⁊ h cãu pcedat gl.in.c.exceptiõez.
de exceptio.Scdo reſpcu notorietatis facti.vtputa qz fuit lata pſenti
bus tot homib⁹ qui ſufficiũt ad notoriũ facti ĩducendũ.Licet poſtea
nõ ĩtercesserit denũtiatio ⁊ iſto mõ capit ĩ ſcdm gl.nõbilez in ver.pu
blice.⁊ h tz gl.ex mẽte iurl.Nõ ei ẽ veriſile ꝙ ius voluerit punire pba
biliter ignorãtem ꝙ poſſet ɔtingere ſi caperet ĩ publicitas mõ pmo.⁊
h ſingulariter nõ ad alias mãs ⁊ alia iura faciẽtia mẽtionẽ de publi
co excõicato.vt ſi ius ɔſideret publicitatẽ ſeu notorietatẽ ad preſumẽ
dum ſciẽtiam alioꝝ tũc ſumat ſcdo mõ.alſ pmo mõ.puta qz ſtatutũ
dicit ꝙ publice excõicat⁹ pſeuerãs in excõicatiõe per ſex mẽſes ſit ipſo
facto priuat⁹ omnib⁹ beneficijs ſuis.Satis eiz dicit publice excõicat⁹
exquo ĩ iudicio.quia publicitas hic nõ requirit in odium aliorũ ſed
ipſi⁹ perſeuerantis in excõicatione.Et ſic reduco ad cõcordiam iſtas
duas glo.preall.⁊ tene mẽti bene eaſdem ſic ɔcordatas.

Interdict⁹ nõ nominatim poteſt in Cimiterio ſepeliri.dũmodo loc⁹ ĩter
dict⁹ nõ ſit.Ita videt ĩ ex tex.colligere glo.ĩ ſup vbo noĩatiz.Sz cer
te iudicio meo h nõ colligit ex iſto tex.ƺ ſolum colligit ꝙ ĩ nominatiz
ĩterdicto nõ ẽ locus huic pene.nõ tamẽ ſequit ꝙ licite poſſit in Cimi
terio ſepeliri.Similiter in excõicato nõ publice in quo nõ ẽ locuſ hu
ic pene.⁊ tamẽ licite nõ ſepelitur.vt.s.dixi.Dz aũt licite nõ ſepeliat in
Cimiterio ſi ɔſtat ꝙ ſit ĩterdict⁹ Licet nõ nominatim.facit tex.in.c.Is
cui.de ſen.ex.li.vi.Qui autẽ dicant nõ nominatim ĩterdicti. vide per
hoſti.in.c.In lateraneñ.de pben.

Vſurarij maifeſti nõ debẽt ſepeliri in Cimiterio.ñ in vita mãdauerint
vſuras reſtitui ⁊ cautio.ſaltem p eoꝝ heredes poſt mortẽ de illis re/
ſtituẽdis preſtet.Nec ſufficit heredũ cautio niſi in vita ſua mãdaue/
rint vſuras reſtitui.vide gl.in v.maifeſtoſ.nec p penã hui⁹ cle. ſblata
cẽſet puiſio.c.qz in omnib⁹.de vſurl.ɔcurrũt vt dicit glo.in fi.palle.

Ad incurrendū penā hui⁹cle.requirit ſciētia ſepeliētis.ſec⁹ſi ignorabat
excatuz vſurariū.zc.vide tex.iuncta gl.in ꝟ.ſciēter.Quoniā iſte tex.ex
cōicat ſepeliētes in Cimiterijs tpe interdicti in caſib⁹a iure ñ pmiſſis
vel excatos publice vel noiatim īterdictos vel vſurarios maīfeſtos.

Dubitat an iſtā penam incurrāt hi dūtaxat qui taliū cadauera humo
ſeu tumulo cōdunt.cū iſti dicātur ꝓprie ſepelire.An ꝟo etiā portātes
ad ſepulturā.qui tamē nō ſepeliunt.Item cōcomitantes funus.Itē
fodientes.fabricantes.vel aperientes ſepulcꝝ.Itē prelati.clerici.vel
miniſtri eccleſiaꝝ in quaꝝ Cimiterijs ſepeliunt.qui id nō ꝓhibent vl
patiunt.Itē quid de his clericis vel laicis q̄ portant Cruces.Cereos
et ſimilia.gl.hic ī verbo ſepelire.multū dubitat et nō immerito.videt
tamē in fine velle ꝙ abſurdū eēt dicere p̄mos duntaxat ligari.cū poſ
ſet hec eē ꝯſtitutio ludibrio.cū talis traditio nude ſepulture poſſet fie
ri per vilem hominē q̄ nō curaret de excōicatōe.nō tñ aperit an omēs
ꝓdicti ligent.cū periculoſum ſit ex vnius hominis ſepultura tot ho/
mines ligari.Sz dicit ꝙ iſta magis indigent p̄ncipis declaratōne q̄z
gloſantis opinione.Ego puto ꝙ clerici faciētes officiū ſepulture ſatꝭ
ligēt.Nā tales dicunt tradere ſepulture in materia nr̄a ec̄ q̄ ad penā
īcurrendā.vt ꝓbari videt in.c.qz in oibus.in fi.de vſu.vbi dicit tex.
ꝙ q̄ tradidit manifeſtū vſurariū eccl̄iaſtice ſepulture ab officij ſui ma
neat executiōe ſuſpēſus certū ē ei ꝙ illa pena ſuſpēſionis ab offō ē ꝓ
portionabilis ip̄is clericꝭ.tm̄.⁊ nō ill' laicis vilib⁹ q̄ ſolent corp⁹tumu
lare.⁊ puto ꝙ omēs autorizātes ⁊ cooperātes ad ſepulturaz incidāt
in penā hui⁹cle.ar.eoꝝ q̄ le.⁊ nō.in.c.i.de offi.dele.

An ſepeliens vnū hominē in quo concurrunt omnes iſte q̄litates de q̄
bus ī tex.vt qz ē publice excat⁹noiatiz īterdict⁹⁊ maīfeſt⁹vſurari⁹⁊ tē
pore īterdicti īcurrat vnā excōicationē tm̄ an q̄druplicē.cū q̄libet iſta
rum q̄litatum cōcurrens in vno ſufficiat ad penā incurrēdam.vid' ſ
glo.in ver.ſbiacere.que remittit ad nō.in queſtōne Gualterij.⁊ hodie
eſt ſuper regula delictū.de re.iur̄.li.vi.ī nouella.Et vide tu in ſimili q̄
ſtione glo.in.c.virginibus.xxvij.q.i.⁊ per Bar.in.l.ij.ff.de priuatꝭ.de
lictis ⁊ in.l.ſenatus.de accuſa.

An ſepeliētes publice excōicatos.vel nominatim interdictos.vel mani
feſtos vſurarios ſeu q̊ſcunq̄z.tpe interdicti.teneātur ſatiſfacere illis q̄
bus vſure erant reſtituēde.ſeu illis ad quoꝝ inſtantiā fuerant excōi
cati.vel latū erat interdictū.zc.vide glo.in ꝟ.eis quibus.que in p̄nci.
ſui ſentit ꝙ ſic.⁊ nō.glo.q̄ ſatis plz.facit.c.qz in oibus.in fine.ꝺ vſurꝭ.
et.c.quanq̄z.co.ti.li.vi.in.§.ceteruz.ver.ip̄e tñ.

Itez tenētur iſti ſepelientes ad ſatiſfaciendū his clericis q̄bus violenti
am ītulerunt in actu ſepulture.vt in eadē glo.ſbijcitur.hec probant ꝓ
tex.iſtū generalit' diſponentē ſup ſatiſfactiōe iniurie.

An manifeſti vſurarij vel excōicati.ſeu īterdicti ſepulti in Cimiterio de
beāt exhumari.gl.p̄alle.in ꝟ.eis q̄buſ.ꝓpe mediū ꝙ ſic.ſi eoꝝ oſſa pn̄t
ab alijs diſcerni.q̄d nō ꝯtra vſurarios.⁊ pōdera bn̄ finez huius cle.
tollit eī oīa ꝑuilegia exēptionis circa ꝯcernētia mām hic ꝯtentam.
Quid aūt de ſepultis tꝑe īterdicti qui tn̄ nō erāt īterdicti.glo.preallega
ta videt̄ dubitare.Concludit tn̄ ꝙ ſaltē poſt relaxatuz īterdic̄m non
debent exhumari.ſimilis eſt glo.in.c.ſi ciuitas.de ſen.ex.lib.vi.
An penitens qui ſepultus nō erat in Cimiterio ꝓpter īterdictū. debeat
relaxato interdicto in Cimiterio ſepeliri.Glo.ſ̄.prime alle.ſ.in ꝟ.eiſ
quibus.ꝯcludit ꝙ ſic.qꝛ ceſſat cā.⁊c̄.Et an licite ab eo mortuaria reci
piant̄.Cōcludit etiā ꝙ ſic.de quo dic vt pleniꝰ habet̄ ī gl.Etiā ꝑuilegi
ati ꝯtra dec̄.p̄mā.de ꝑuil.li.vi.Obijciūt̄ loci ordīario q̄ ad q̄tuor caſus
hic ꝯtentos.vide gl.in ꝟ.ꝑuilegio.⁊ optīe ꝓbat tex.in ꝟſi.nullo.
Ex etiā ꝟba generalia derogatoria.ſufficiūt ad derogationē ꝑuilegioꝝ
vide tex.hic iūcta gl.fi.quā nō.Et vide aliū tex.ī cle.px.ī ꝟſ.noſ etenī
vbi bonuſ tex.Poſſent tn̄ ꝑuilegia habere talia ꝟba derogatoria vt
opus foret in derogatiōe facere maiorē exp̄ſſionē de quo vide quod
ſcripſi in.c.cū inſtantia.de cenſi.⁊ ꝑ fred.in oꝑe ꝯſilioꝝ ſuoꝝ.

## Cle.ii. Dudum a bonifacio papa:

Ex nō expedit ꝑuilegiatis ⁊ exēptis fieri Cōcilia gn̄alia qꝛ ſepe per illa
derogat̄ eoꝝ priuilegijs.vide hic glo.in ver.inſtante que etiam colli
git multas cle.in quibus fuit in Concilijs derogatū priuilegijs.
Kathedra ē nomē grecuz.⁊ de ſignificato ipſius.ac etiā de ſolio ⁊ tribu
nali et ſede vide hic glo.in ꝟ.Kathedram.
Alueus dicitur venter fluuioꝝ ⁊ ponitur hic pro curia Romana. Itez
dicit̄ vas factū ad modū aluei fluuij.vide hic tex.iūcta gl.ī ꝟ.alueuz.
Torrēs dicitur fluuius vel aqua veniens in impetu.⁊c̄. vide glo.in ꝟ.
torrens.vide tu tex.in.l.i.in p̄n.ff.de flumi.publi.vbi dicit̄ ꝙ fluminū
quedā ſunt ꝑhennia.quedā torrentia.ꝑhenne eſt q̄d ſemꝑ fluit.torrēſ
q̄d hyeme.nō ſemꝑ.Et obijcit ibi tex.ꝙ ſi flumen ꝑhenne aliqua eſtate
exaruit.nō ideo minus ꝑhēne eſt.⁊ ita ꝑ ꝯtrariū dicenduz ē de torrē
te.vt ibi dicit gl.et hꝫ vltimum nota.
Habens ad multa intendere.ad id quod grauius eſt debet manum ap
ponere.vide hic tex.iuncta glo.in verbo inſtantius.
Vepres dicunt̄ ſpine que lacerāt carnes ⁊ veſteſ.vide h̄ gl.ī ꝟ.vepribꝰ
Anfractus dicuntur vie plene diuerticulis.circūfractionibus.⁊ ruiniſ
Hic dicti.quia undiqꝫ frangunt.uide hic glo.in ꝟ.anfractibus.
Antiſtites ſolent dici epī.q̄ſi ante alios ſtantes.uide h̄ gl.ī ꝟ.antiſtites
Abſtine te a lite et minues peccata.eccleſiaſtici.xxviij.c.et vide hic gl. ī
ꝟ.a ct ibꝰ.⁊ pulcꝛ tex.h̄ ꝯtra diſſenſiones ⁊ ſcādala.ī ꝟſi.ſcimus enim

et ꝯtra q̃rentes vindictã ⁊ linguã doloſaʒ. vide plẽ ⁊ pulcre in d.c. ex
De zizania. vide gl. hic in ꝟ. zizanie. ẽ eñ ħba ꝑuerſa. ſ. lo viij. eccliaſtici
liũ. ⁊ q̃nq̃ ponit̃ pro ſorde omniũ ſegetũ.
Periculũ dicit̃ a perio peris. vide gl. in ver. periculis.
Prelati appellant̃ iuriſdictionẽ habentes ſiue de iure cõi ſiue ex ꝯſuetu-
dine. vide hic gl. in ver. p̄lati. iũcto tex. et gl. in ver. ſuperior.
Appellatione p̄latoꝝ nõ ꝯp̄hendũt̃ rectores eccleſiaꝝ. ſiue curati. vide ħ
gl. i ꝟ. p̄lati qd̾ ẽ veꝝ ſtricte. ſec⁹ large ſũpto vocabulo. vid̾ tex. i. c. tua de
Vicari⁹ exercẽs vices ſui ſupioris. dʒ gaudẽ ꝓrogatia ipi⁹ ſu cle. egro
perioris. vide ħ tex. iũcta gl. in ꝟ. p̄lati. in fi. quã nõ. ħ vide hic ꝑ doct.
Studiũ g̃nale ꝯſtituit̃ ex ꝑuilegio vel ꝯſuetudĩe tãti tp̄is de cui⁹ inicio
nõ ẽ memoria. vide hic gl. notabilem. ĩ ꝟ. g̃nalib⁹. Et tene eã mẽti.
De iure cõi fratribus nõ ꝯpetit facultas p̄dicãdi ħ ſolũ p̄latis ⁊ cura-
tis. Iſtis aũt fratrib⁹ datur hic iſta ptãs ex ſpeciali priuilegio ⁊ ĩ cer-
tis locis. Ideo q̃libet locus ẽ eis ĩterdictus qui nõ repit̃ eis ꝑmiſſus
vide ħ bo. gl. in verbo eccleſijs. in fine.
Vicarij perpetui vel tp̄ales dati ab ep̄o in caſu licito poſſunt dare licẽ
tiã fratribus p̄dicandi in eccleſijs in quib⁹ ſunt vicarij. vide hic gl. in
ver. ſacerdotibus. Ex qua etiã nõ ꝙ cura ſpectat ad vicarios. Itẽ ꝙ ĩ
ꝑtinẽtibus ad curã id pñt iſti vicarij quod ipi p̄ncipales rectores.
Quanq̃ fratres iſti mẽdicantes nõ habebãt loca in certa dioceſi pñt tñ
ad illa deputare certos fratres ꝓ audiẽdis ibidem ꝯfeſſionibus. ſer-
uando tamen ꝙ hic dicitur. vide hic tex. iuncta gl. in ꝟ. nõ habentur.
Nõ ex tex. in. §. ſtatuimus. iuncta gl. in ꝟ. cuſtodes. ꝙ priores ꝯuentu
ales p̄dicatoꝝ ⁊ Gardiani minoꝝ nõ pñt etiã petitionẽ facere ad p̄-
latos locoꝝ ꝓ fratrib⁹ eligẽdis vt liceat eis ꝯfeſſiones audire ⁊c̃. Sʒ
ħ ꝑtinet ad p̄latos eoꝝ maiores. de q̃bus ĩ p̄alle. §. ſtatuim⁹. Et nota
illũ tex. ꝓ diuerſitate nominũ p̄latorũ inter p̄dicatores ⁊ minores.
Itẽ aduerte ꝙ licet vicarij prioꝝ ꝓuincialiũ et cuſtodes poſſint ſe cõfer
re ad pñtiã p̄latoꝝ ꝓ obtinẽda licẽtia ꝓ fratrib⁹ eligẽdis non pñt ipi
fr̃es illos eligere. ħ electio ꝑtinet ad magiſtꝝ ſeu g̃nalem ꝓuincialeʒ ⁊
miſtros. Et ĩtelligo ꝙ q̃libet illoꝝ poſſit in ordine ſuo. ad ħ gl. ĩ ꝟ. mi-
Prius dʒ ſacerdos audire ꝯfeſſionẽ/ 2⁹ imponẽ pniaʒ. niſtri. iũcto tex
Tercio abſolutionẽ facere. nec dʒ iſtũ ordinẽ ꝑturbare vt ſic abſoluti
onẽ p̄cedat cordis ꝯtritio. oris ꝯfeſſio. opis ſatiſfactio. ſalti affc̃u. vid̾
ħ tex. iũcta glo. ĩ ꝟ. audire. Ex cui⁹ fine nõ ꝙ añ pactam pniaʒ iiũctam
p̄t fieri abſolutio. et ꝑ ꝯñs infert̃ qd̾ inſtañ. cã p̄t ſacerdos añ pactaʒ
pniaʒ ſibi iiunctã celebrare. dʒ tñ ꝓpoſitũ ꝑagẽdi p⁹ celebratõeʒ tenere
qd̾ vr̃ tenẽ Inno. ĩ. c. omnis. de pe. et re. ⁊ ꝑ gl. ĩ. c. de his. l. di. Quid ãt
ſi ſacerdos nõ ſuat ordinẽ in p̄ncipio poſitũ. vtputa q2 abſoluit añ i-
iũctã pniaʒ. vide ħ ꝑ doc. ⁊ tenẽt pleri. ꝗ ꝙ iſte ordo nõ ſit de ſbſtantia

Nota ex § ſtatuimus. in vḃ. ac deinde. iūcta gl. in v. ꝓbatas ſex q̄litates requiſitas in iſtis fratribus eligēdis ⁊ deputādis ad ↄfeſſiōes au/diēdas. dn̄t ei eē ſufficiētes. idonei. vite probate. diſcreti. modeſti. atqꝫ periti. ⁊ ſi tales nō ſunt pn̄t ꝑ p̄latos nō admitti. ⁊ alij dn̄t ſurrogari. ꝫ ſi ſine cauſa p̄lati nollēt admittere. ſuccedit pape licētia. vt hic ī tex. in vḃ. ꝙ ſi forte. ⁊ clariꝰ ꝑ gl. ī v. queqꝫ. ⁊ in v. ſurrogari. ⁊ nō ꝙ nō req̄rit in h̄ ꝑ p̄latū cauſe ↄgnitio. vt hic ī gl. in v. nollent. Quid aūt ſi p̄/latus petita licentia expreſſe ip̄am nō dat. nec denegat. ꝫ negligit. vel malicioſe differt vide hic bo. gl. in v. recuſauerit. que ↄcludit ꝙ pꝰ terciam monitionē vel requiſitōez hēbit locū ꝓuilegiū iſtud eis ↄceſſum ī vḃ. ſi vero. ⁊ nō ſingularit̄ hanc gl. ad multa ſiſia. ⁊ maxime ad ꝓbādum ꝙ quando inferior habet conuincere ſuperiorem de negligētia. nō ſufficit vnica requiſitio. ꝫ requirit̄ trina. allegat. c. de ſup. ne. prela. qḋ bn̄ facit. ⁊ nota pro intellectu ⁊ extenſione illius. c. ſecꝰ dic qn̄ par requirit parem. ⁊ fortius ſi ſuꝑior maiorē. vide bo. gl. que ſic dꝫ itelli/gi ī cle. i. de here. in v. requiſiuerit. iūcta gl. ⁊ tex. in. c. ſi ep̄s. xviij. di.

Vbicūqꝫ requirit̄ perſonaꝝ p̄ntatio debet fieri corꝑaliter ⁊ non ꝑ litteras ſeu ꝓcuratorē. q2 preſens dicit̄ qui prebet̄ ſenſibus corꝑis. ⁊ idō iſti fratres electi ꝓ ↄfeſſionibus audiēdis debēt corꝑaliter preſenta/ri prelatis locoꝝ. de quo vide hic tex. iūcta gl. nōbili in vbo pn̄tari. et tene eā menti. ex quo infero ꝙ eccl'ie patronus debꝫ ad inſtituēdum corꝑaliter pn̄tare habēti inſtituē. Jpſe tn̄ patronus p̄t illum pn̄tare per ꝓcuratorē ſuuꝫ. vl' ꝑ litteras. vt ē tex. nōbilis ī. c. ea noſcit̄. de his que ſi. a prela. ⁊ in cle. i. de exceſſ. p̄la. in vḃ. ⁊ iudicibus. vbi etiam clare h̄ vltimū probatur. quia preſentari debꝫ inſtituendus ⁊ nō patronꝰ. Jpſe ei habꝫ p̄ſentare ⁊ inſtitutionē petere. in. c. vno. de Jure pa. li. vi. ⁊ vlt. l. c. eo. ti. in antiquis.

Ox licet predicare ⁊ ↄfeſſiones audire ſint de cura animaꝝ. non ꝓpter h̄ dicunt̄ iſti fratres curati ſeu habere animaꝝ curam. Ratio q2 ip̄i nō ſunt aſtricti ad executionē vel ad exercitiū iſtoꝝ actuū. nec fideles ſūt aſtricti vt in his ad eos recurrāt. h̄ ſingulariter voluit gl. hic ī v. ipe/diant. ex qua nō plura Primo ꝙ etiā per exerciciū aliquoꝝ actuū ꝑtinentiū ad curā dr̄ q̄s hr̄e curam animaꝝ. dūmodo iſte talis ex neceſſitate habeat illos actꝰ exercere. ⁊ alij de neceſſitate hēant ad eum recurrere. al's ſecꝰ. facit ad illā queſtionē. An eccleſia hn̄s ſolū fontē ad baptiſandū dicat̄ hr̄e curā animaꝝ. de quo vide qḋ nō. in cle. vnica ḋ baptiſ. Scḋo nō ꝙ iſti fr̄es nō tenent̄ p̄dicare. nec ↄfeſſiones audire ſi nolūt. Jdē puto quo ad terciū hic eis ↄceſſum. ſcꝫ q̊ ad ſepulturaꝫ. vt nō teneant̄ admittere aliquē ad ſepulturam. cū tex. hic eos nō aſtringat. ꝫ det facultatē. vt ꝓbat̄ hic ī v. hmōi. et in vbo valeāt. ⁊ nō q̄cq̄d

Judicis poteſtate ꝯmittit̄ id Juris neceſſitati ſbijcitur. l. non quicquid

ff.de iudi.⁊.c.ꝯſuluit.de offi.dele.⁊.l.ſepe.ff.de offi.preſi.
Si Aliquis ex fratribꝰ nō electꝰ ſe ad hoc officiū confeſſiones audiendi
ingerit.bona fide tali ꝯfeſſus.abſolutus ē quo ad deū.Et idē in eo q̄
fuit confeſſus electo ad certā Ciuitatē vel dioceſim. extra quā ꝯſiſtit
tempore ꝯfeſſioniſ.vide hic bo.gl.in verbo audituri.⁊ tene mēti. Itē
puto ꝙ iſti ſic electi ad certā ciuitatē et diocl.ſi valeāt etiā illic ꝯſiſteñ.
abſoluere homines aliūde veniētes.niſi in caſibꝰ in q̄bus poſſent cu
rati illoꝝ locoꝝ.cū iſti fratres nō recipiāt maiorē poteſtatē q̄ꝫ habeāt
curati.vt probatꝛ hic in ꝟſi.ſi vero.ſeu in ꝟſ.ꝑ huiuſmōi. Pro hoc.qꝛ
iſti petūt licētiam a prelatis locoꝝ qui nō habēt in tales peregrinos
regulariter ptātem etiā reſpectu peccatoꝝ ꝯmiſſoꝝ in ipſoꝝ diocl.vt ē
gl.ſingularis xvi.q.i.placuit.i. Hoc tñ ſane itelligas ſm ꝙ nō. gl.ſin
gularis in cle.i.de priuil.et ꝑ Inno.et alioſ in.c.oīs.de pe.et re.Quia
numerus iſtoꝝ fratrū volētiū audire ꝯfeſſiones dꝫ taxari ſcd̄m qua/
litatē cleri et ꝑplī illiꝰ loci.vt ḣ in ꝟſi. numerus. Ex q̊ gl.hic ī ꝟ.exigit.
notāter colligit numeꝝ ꝓſidētiū deputari debē ſcd̄m ſbiectoꝝ q̄ꝫtitatē
Dubitari ꝯtingit ꝙ ſi eps̄ loci ꝯtendit cū fratribus ſuꝑ numero.qꝛ eps̄
dicit ſufficere minorē numeꝝ.gl.hic ꝓalle.in ꝟ.exigit.ꝯcludit ep̄m de/
bere recipe numerū de quo ſibi videtꝛ.De reliquis ꝟo dicit recurrēm
ad arbitriū boni viri.i.iudicis.ar.in.l.ꝯtinuus.ff.de ꝟ.obli. Sed glo.
nō declarat q̄s erit iſte iudex.Ego puto ꝙ potuerūt fratres adire me
tropolitanū.q̊ eſt Iudex ipius epī.ar.bonū in.c.nullus.cū ibi notatiſ
de iure pa.vel cōi ꝯſenſu potuerūt eligere arbitros.ar.xi.q.i.ſi clericꝰ
Et nō diligēter qd̄ ſupra dixi de vniuerſitate cleri ⁊ ꝑplī.vt ſcd̄ꝫ ipoꝝū
paucitatē vel multitudinē fratres ꝯſtituantꝛ.Ex hoc enī tex. infertur
manifeſte ꝙ etiā clerici poſſunt iſtis fratribus ꝯfiteri quod nō.

Qꝫ licentiā ꝯceſſam iſtis fratribuſ ſuꝑ ꝯfeſſionibus audiēdiſ nō poteſt
ep̄us ſine cauſa reuocare.vide gl.ſuper verbo ꝯceſſerint

Qꝫ ep̄us pōt ex cauſa omnes fratres ſibi pñtatos ſuper ꝯfeſſionibuſ au
diēdis refutare puta qꝛ oēs pñtati ſunt indigni.nō habētes q̄litates
hic requiſitas.de q̄bus.S̄.hoc voluit glo.in ꝟ.quēq̄ꝫ.Et ex ratiōe gl.
nō ꝙ dictio quēq̄ꝫ tanq̄ꝫ indefinita equipollet vniuerſali. vide ad ma
teriam quod nō.bar.in.l.hoc articulo.ff.de here.inſti.

An religioſi valeant iſtis fratribꝰ ſic deputatis ꝯfiteri peccata ſua.vid
gl.hic notabilem in ꝟ.violētiū.q̄ ſḃ dubio forte dic̄ ꝙ tales ḣ nō iclu
dūtꝛ.qui ſcd̄m ordinū ſuoꝝ ſtatuta ſuis ꝓlatis ꝯfiteri dñt. Aliq̄ doct.
hic tenēt ꝯtrariū.Ideo videas hic nōta.Alij dicūt tutius vt ꝯfitean
tur iſtis fratribus cū licentia ſuoꝝ ꝓlatoꝝ.Ego credo ꝙ illi qui non
pñt ꝯfiteri ſacerdotibus curatis.nec iſtis poterūt ꝯfiteri.cuꝫ iſti fres
ñ hēant maiorē ptātē q̄ꝫ hēant curati.vt ḣ i ꝟſ.ꝑ hm̄odi. De clēicl.āt
ſecularibꝰ clarū ē ꝙ iſtis poterit ꝯfiteri.vt.S̄.dixi.et ꝓbatꝛ hic i ꝟſi.nūs

An iſtis fratribus ſic electis ⁊ deputatis poſſint clerici vel laici cõfiteri
ſine ſuoꝝ ſacerdotũ parrochialiũ licẽtia.glo.nõbiliter hic in ꝟ.libere.
colligit ꝙ ſic.ꝑ ꝟbum iſtud libere.Ex q̊ nõ ꝙ iſtð ꝟbum libere.ĩportat
vt nõ exigat licẽtia alteri⁹.vt nõ.i.c.de multa.de ꝑben.⁊ in.c.licȝ eps.
e.ti.li.vi.Aliqui hic ꝯtra.Satis mihi placet dictũ glo.cum iſti fratreſ
in h̾ equiparentur.curatl.in ꝑalle.ꝟſ.per huiuſmodi.
Nunq̃d ꝯfeſſus iſtis fratribus deputatis ad actũ cõfeſſionis teneatur
etiã ꝓprio ſacerdoti ꝯfiteri.Gl.hic in ꝟbo impertiri.ꝯcludit ꝙ nõ.Et
nota glo.q̃ mihi ſatis placet.⁊ eam ſequitur pau.
An in caſibus ep̃o reſ̾uatis.de quib⁹ nõ.in.c.ſi ep̃us.de pe.⁊ re.li.vi.et
pleni⁹ per hoſti.in ſumma.eo.ti.§.cui ꝯfitendũ.poſſint iſti fratres ab/
ſoluere ſibi ꝯfitentes.vide hic gl.in ꝟbo cõceſſa.que ꝯcludit ꝙ nõ.per
iſtũ tex.ꝑalle.i ꝟſ.ꝑ huiuſmodi.q̃ nõ habẽt ptãtem maiorẽ q̃ȝ hẽant
curati.ȝ eadẽ gl.refricat in dubiũ an poſſit ep̃us de nouo ſcilicet poſt
hãc cle.reſeruare ſibi aliquos cãus ĩ q̃bus nõ poſſint illi fratres ab/
ſoluere.⁊ videt̾ tandẽ ꝯcludẽ ꝙ ſic.q̃ decurtãdo ptãteȝ curatoꝝ ſibi
ſbiectoꝝ ⁊ ꝑ ꝯñs decurtat̾ iſtoꝝ ptãs que cõmenſurat̾ ad illã.⁊ tu vi/
de omnino ad materiã quod nõ.maxie ꝑ Bal.in.l.omnia priuilegia.
C.de epi.⁊ cleri.⁊ tene menti iſtam gl.ad ſiles q̃ões in rõne ſui.
Põt ep̃i ⁊ ſuꝑiores ꝯcedẽ iſtis f̃ribus ex ſpãli gr̃a cãus ſibi reſ̾uatos a
iure vel ab hoĩe.h̾ voluit hic tex.i ꝟſi.ñ forſan.⁊ clari⁹ glo.i ꝟ.prelati.
Eccleſie.populũ nõ habentes nõ hñt de iure cõi ſepulturã vnde iſti fra
tres hoc habent ex ꝑuilegio ſpeciali.vide hic gl.i ꝟ.ſepulturã.q̃m nõ
Quarta debet̾ rectori ꝑrochie.nõ ſolũ de his q̃ directe relinquũt̾ fratri/
bus a parrochiano alteri⁹in ip̃oꝝ eccleſia ſepulto.ſed etiamſi det̾ eis
aliq̃d ab executore dato ſeu deputato ad certã ſũmã.ſuo arbitrio diſ/
tribuendã.vel ſi ſibi fuit aliq̃d legatũ diſtribuendũ.⁊ ip̃e diſtribuit in
eoſdẽ fratres.Hoc voluit hic gl.in ꝟ.obuẽtionibus.⁊ nõ ſuã ratiõeȝ
Tu etiã videas bonuȝ tex.cũ ibi nõtl.i.l.vnuȝ ex familia.ff.ð lega.ij.
vbi patet quod illud qð fit ab executore.factũ videt̾ ab ip̃o defuncto
q̃ illũ deputauit.⁊ ex h̾ ⁊ ex rõe gl.collige ꝙ ex collatl.ꝑ executorẽ ge/
neraliter ſic deputatũ ad aliq̊s vſus ꝑuilegiatos.nõ debet̾ q̃rta acſi
ip̃e teſtator reliquiſſet.de q̃bus ĩ.c.fi.de teſta.Illð.c.fi.nõ hȝ locũ quo
ad iſtos f̃res vt infra patebit idẽ dicit ꝑalle.glo.ꝙ i ꝑ̇mo cãu ſi teſta/
tor mãdat executori vt ip̃e det ſeu aliq̃d ꝓmittat ipſis fratribus.
Illa dicunt̾ funeralia q̃ cũ funere deferunt̾.vide hic gl.ĩ ꝟ.funeralibuſ
Idem dic ſcðm doc.hic q̊ ad effectũ vt debeat̾ q̃rta de his q̃ occaſiõe
funeris obueniunt ꝑ iſtũ tex.in verſi.verũ.q̊ generaliter loq̃tur.
De candelis q̃ dant̾ ipſis fratribus ad man⁹⁊ de relictis pro miſſis di
cendis debet̾ q̃rta ꝑſbitero ꝑrochiali.vide gl.in.ꝟ.funeralib⁹.p⁹ ꝑ̇n.

Conſtitutio iſta ē veteris Juris correctoria. cū debeať q̄rta vigore eius
etiā de relictis p̄uilegiatis. ꝯtra. c. fi. de teſta. Jdeo eſt reſtringēda ad
alios q̄ȝ p̄dicatores ⁊ minores nō extēdēda. vide hic gl. i. ꝟ. de Jure.

Si teſtator legatū ſoluit in vita. nihilominus debeť q̄rta. vide hic gl. in
ver. datꝫ. ⁊ ſatis hꝯ probat tex. in verſi. necnon.

Quāuiſ teſtator petat ſepeliri in eccleſia fratꝝ cū ipoꝝ habitu. nihilomi
nus debeť q̄rta. Jdē ſi trāſiret in egritudine ꝯſtitutus. de qua decede
ret. vide gl. in verbo deceſſerit.

An ex relicto facto ſingularibꝰ fratribus ſeu eis dato ī infirmitate de q̄
deceſſit teſtator. debeať quarta eccleſie ꝓchiali. Et ītelligo vt ſit du
biū de relicto facto ſingularibꝰ fratribus ad ipoꝝ ꝯmoditates. puta
emptiones libroꝝ vel veſtiū. vide hꝯ gl. nō. in ꝟ. īdirecte. que ꝯcludit ꝙ
ſic. qꝛ in effcū adq̄ritur cōuentui ſicut ꝑ mōchum mōſterio. ⁊ nota bñ
rationē gl. ⁊ maior adhuc ē dubitatio qñ relictū fieret a ꝯſanguineiſ
ipoꝝ fratꝝ. maxime parētibus. de qua q̄ſtione vide hic ſatis late per
Jo. de Lig ⁊ ꝑ Oldra. in ſuis allegatōibus. ⁊ Fre. de ſenis in ſuis cō
filijs. ⁊ ſatis fcit iſte tex. ꝓ optia gl. quā vr̄ ſeq̄ Jo. de lig. ⁊ fre. lȝ oldra

Predicatores ⁊ Minores ad quartā relictoꝝ ꝑ illos q̄ apud      Cōtra.
eos ſepulti nō ſunt minime teneň. ñ in fraudē alibi ſepultura electa
fuerit. qꝺ ex ꝯiecturis poterit iudicari. vide gl. ⁊ tene eā menti. in ꝟbo
q̄rtam. puto eē ꝙ de relictis ⁊ donatis ꝑ alibi ſepultos vel ſepeliēdoſ
occaſione tñ in eccľia eoꝝ ſepultoꝝ forte parentū filioꝝ vel cōſangui
neoꝝ debeať quarta. qꝛ oīa iſta ꝓueniūt occaſione ſepulture ob quā
debeť hec quarta. vt ſatis colligiť hic ī ꝟſi. verū. ⁊ in. c. i. eo. ti. in anti
quiſ. tex. tñ iſte in dicto ꝟſi. vexꝫ. vr̄ reſiſtere. Jdeo diligēter cogita. Pri
mum tñ habet eq̄tatem. ⁊ vide nō. hꝯ per doc.

Rectores eccleſiaꝝ ꝓchialiū pn̄t quartā relictoꝝ fr̄ibꝰ vēdicare. ⁊ ibi
bere heredibꝰ. vel ꝑ fideicōmiſſum grauatꝫ. ne illa fratribꝰ ſoluāt. ma
xime cū hēat eos ſuſpectos. ita voluit hꝯ gl. nō. ī ꝟbo largiri q̄m nō.

Quarta debita eccleſie ꝓchiali adeo integre debeť vt diminui nō de
beat ꝓpter obuētiones quas habuit ꝓchialis ſacerdoſ in miſſa fu
neris. dicta apud ſuā eccleſiā anteq̄ȝ funus porteť ad fratres. Hec fu
it opinio Jo. mō. hꝯ. q̄ etiā dixit funus prius portandū ad eccleſiā ꝓ
chialē. vt ibi dicať miſſa. ⁊ recipiat vltimū vale. maxīe ſi hꝯ hēat cōſue
tudo. Et hec oīa recitat gl. in ꝟbo integre. quā nota diligēter

Licet fratres poſſint ad q̄rtā exhibendā eccľie ꝓchiali coerceri ꝑꝑt exē
ptionē. nō tñ pn̄t ꝑ ordīarios locoꝝ ꝯpelli. gl. ī ꝟ. coerceri. quā nota

Valet p̄uilegiū vľ gr̄a apľica. de q̄ ꝯſtat. lȝ ſcriptura ſuꝑ eo ꝯfecta nō ſit
viꝺ hꝯ gl. ſinglarē ſr̄ ꝟ. ꝟbo. ⁊ ſatis ꝓbať ī tex. ī ꝟſi. noſ. aduertēm tñ qꝛ
gl. loq̄ť ꝺ gr̄a ꝺ q̄ ꝯſtat. tex. tñ hꝯ ñ vtiť iſtiſ ꝟbiſ. vñ dico ꝙ gr̄a ī ſe vȝ lȝ
ꝺ ea ñ ꝯſtet. ñ forte ipi cui fuit fcā. ad hꝯ viꝺ ꝑ bal. ī. l. hūanuȝ. C. ꝺ leg

Sȝ dubiū ē nunq̄d poſſit illa vti in alioꝝ p̄iudiciū.nō fc̄a de illa fide. p̄ſertim p ſcripturā.et certū ē ꝙ fides fienda ē.qꝛ alſs nō credit̄ aſſerē/ ti.vt in.c.cū in iure.de offi.dele.Sȝ dubiū ē an poſſit aliter ꝓbari ꝙ̄ p litteras ap̄l̄icas.de q̄ vide qđ nōt Archi.in ꝓhemio libri ſexti.et in.ꝺ. .l.humanū.p bal.⁊ p dn̄os de rota in ſuis deciſionibꝰ.⁊ vide qđ dixi in cle.ij.de Reſcri.⁊ tene ſemp m̄eti iſtū tex.iuncta gl.vt in ꝯſciētia ſatis ſit tutus q̄ habuit gratiā a papa.Licet ſcriptura inde cōfecta non ſit. Idē dic de ſtatuto pape vt ſingularit̄ ꝓbat̄ p.c.i.de renūci.li.vi.⁊ viđ p Io.an.in regula nemo ad impoſſibile de regu.iuri.li.vi.in mercuri.

Licet hic tollat̄ pactū.nō tn̄ ītelligit̄ ſublatū pactū ſn̄ia ꝯfirmatū.Et idē dic in ſimilibus.qđ nō.vide gl.in ꝟ.pacta. ex cuius fine nota ꝙ noua lex nō extēdit̄ ad cām pendentē vel deciſam.etiāſi ad p̄terita referat̄.

R. ¶ De Decimis

Cle.i Religioſi quicunqȝ

Cle.iſta diſponēs ꝯtra religioſos nō vēdicat ſibi locum in clericis ſecu laribus vel laicis.Licet ſimilia ſeu talia hic expreſſa cōmittāt.hoc vo luit glo.i.hic.ex qua nō ꝙ diſpoſitio ꝯcepta ꝯtra religioſos nō habet locū in clericis ſecularibꝰ vel laicis excedētibꝰ ꝯtra illam diſpoſitiōeȝ In religioſo aūt trāſlato ad eccleſiā ſecularē dicit hic gl.diſpoſitioneȝ locū habere.quod bene nōbis.Vide tn̄ in hoc qđ dixi in cle.i. de re. eccle.n̄ alie. ⁊ in cle.i.de Reptis.

Conſtitutio edita ꝯtra religioſos includit etiā feminas religioſas.viđ hic glo.in ꝟ.q̄cunqȝ.Intellige in mā eis ꝓportionabili.qꝛ maſculinū. ⁊c̄.vide glo.ī cle.attendeñ.ꝟ.de ſtatu regu.

Cōſtitutio ꝯcernens fauorē eccleſiaꝝ nō extēditur ad p̄uatas pſonas. idem Ius qđ eccleſie p̄tendētes.vide hic gl.in ꝟ.excelſis.

Priuilegiū ꝯceſſum de nō ſoluēdis decimis de nutrimētis animalium intelligitur de animalibus que ipi p̄uilegiati nutriunt per ſe.vel ali os.vide hic glo.in verbo animalibus.

Familiares etiā religioſoꝝ tenent̄ ad decimas.etiā animaliū.Licet ipi religioſi q̄bus ipi ſeruiūt ſint preſtatione decimaꝝ exempti. niſi ipi fa miliares ſint plene oblati.vtputa qꝛ donauerūt ſe et ſua monaſterio vide hic tex.maxime in fine.iūcta gl.in ver.familiariū.

Verbum grex ſtricte ſumptū differt ab armento.qđ eſt maioꝝ animali um.vt equoꝝ ⁊ boum.Grex ꝟo minoꝝ.vt porcoꝝ.caprarū et ouium Large tn̄ ſumptū ſumitur p maioribus et minoribus q̄ gregant̄.vi de hic glo.in ver.gregibus.⁊ cui debeant̄ decime de fructu gregis.gl remittit ad nō.xiij.q.i.§.ij.et.c.apoſtolice.de deci.

An ꝑuilegiati ſupꝑ decimis nō ſoluēdis de nutrimētis animaliū. admiſ
cētes animalia aliena ſuis. debeant perdere priuilegiū etiam in ſuis
vide hic glo. in verbo immiſcentiū. que videt̄ tenere ꝙ non quam nō.
ad ſimiles queſtiones.

Sicut priuilegiū de decimis laborꝫ non ſoluendis nō extenditur ad
terras q̄ alijs excolende tradūtur. Jta priuilegiū de nutrimētis ani
maliū nō extēditur ad animalia que tradūt alijs nutriēda. vide hic
tex. iūcta glo. in ver. tenēda. Et ītellige qn̄ tenētur per alios. nō tamē
expen̄. ipoꝝ priuilegiatoꝝ. Nam ſi ipſoꝝ expen̄. ipſi videretur illa nu
trire. ad h̄ qđ legit̄ et notat̄ in. c. ex parte. et. c. dilecti. de deci. et. c. licꝫ. et
de h̄ vide qđ hic nō. in gl. ſequēti. in verbo excolēdas. que ſatis bene
tractat illū articulū. ꝯcludens ꝙ tūc dicunt̄ iſti priuilegiati ſumptibꝰ
ſuis colere. qn̄ certū preciū ſeu certas pecunias pro cultura tradunt
dato ꝙ nihil ex predio proueniat. ſecus ſi ſunt coloni cēſuales. vl̄ par
ciarij. quia iſti ſummittūt ſe fortunis.

An Coloni cenſuales vel parciarij priuilegiatoꝝ ſimpliciter ſuper deci
mis nō ſoluēdis teneant̄ ad decimas. vide bo. gl. pealle. in ꝟ. excolē/
das. que ꝯcludit pōderanda verba priuilegij. Si enī eoꝝ priuilegiūꝫ
eximit eoꝝ terras ab h̄ onere. tūc coloni colētes illas participāt illo
ꝑuilegio. Si vero eximit perſonas. tūc licet iſti de ſua parte nō ſoluāt
coloni tn̄ nō exempti de ſua ſoluēt. qđ bn̄ nō. ad ſimilia.

Religioſi decimas nō ſoluētes nō incurrūt penas hic ꝯtentas. Jn qui
bus āt caſibꝰ ꝓcedūt pene hic ſtatute. vide hic bo. gl. ī ꝟbo ꝓhibuerit.
Vbicunqꝫ requirit̄ reqſitio ꝯtra parem vel īferiorē ad cōuincendā eius
ꝯtumaciā ſufficit vnica. h̄ colligit̄ hic ex tex. iūcta gl. in ꝟ. factā. vide
quod latius dixi. S. de ſepul. cle. dudū.

An ꝯſtitutio ſeu diſpoſitio ſuſpēdens ſimpliciter quē ab officio debeat
ītelligi de officio a diuinis. an ꝟo de tꝑali. puta qꝛ ē ſacriſta. Camera
rius. ꝛc̄. vide hic bo. gl. ī ꝟ. officijs. quā nō ⁊ vide hic latius ꝑ doc.
Suſpenſus donec ſatiſfecerit nō īdiget abſolutione intercedente ſatiſfa
ctione. ſecus in ſic excōicato debet enī indiſtincte abſolui. vide glo. in
ver. donec. quā ſempꝑ mēti tenebis.

Diſpoſitio ꝯcepta certo cāu ꝯtra ꝑuilegiatos. appoſita clauſula in fine
diſpoſitionis. videlicet ꝑuilegijs nō obſtātibus q̄buſcūqꝫ. ꝛc̄. nō tollit
indifferenter ꝑuilegia quo ad omnia. h̄ ſolū ad ea que predicte diſpo
ſitioni obuiare poſſent. h̄ voluit gl. hic in ꝟbo q̄buſcunqꝫ.

Nō dicit̃ q̄s plene oblatus niſi donauerit ſe ⁊ ſua eccleſie ⁊ cū̄ effectu.id
eſt ꝙ nō ſit appoſitū aliq̄d pactū vel ꝯditio q̄ hēat ipſius oblationē te/
nere ĩ ſuſpēſo.vide hic tex.in fine iūcta gl.pſt.⁊ vltia. ⁊ de his oblatl.
tam mōſterio ꝙ̃ eccleſie ſeculari vide bo.gl.et nōbilem.in.c.vt lex cōti
nentie.xxvij.q.i.

## Cle Si beneficiorum

Decime bn̄ficioꝝ ⁊ fructuū ipoꝝ bn̄ficioꝝ nō debent̃ ĩdiſtincte. ⁊ ſemꝑ
ipſi pape.ꝫ ipas ſolet papa ĩponere ſibi vel alijs ſoluēdas ex cauſa et
ad tēpus.vide h̄ glo.ꝓmā in pn̄cipio ⁊ gl.in ver.ad tēpus.

Circa iſtā decimā bn̄ficioꝝ.glo.i.h̄ q̄rit de q̄nq; q̄ſtionibus. Pria an in/
cludātur hoſpitalia ⁊ hm̄oi loca pia.Scd̄a q̄d de fabricis eccleſiaruꝫ.
Tercia ð his q̄ hn̄t ꝓrat⁹.grangias.pēſiones.⁊c̃.Quarta de q̄tidia/
nis diſtributionib⁹ ⁊ de minutis oblatiōib⁹. Quita de Capellanis
⁊ bn̄ficijs altariū.⁊ dic ad eas vt h̄ in ꝑalle.glo.habetur.

Pōt ꝑꝑ iſtas decias ad tēpus ⁊ ex cauſa cuiuis ꝯcedere vt pn̄cipi vł al
teri.⁊ in regno Frācie ſepe caſus iſte practicat̃.vide h̄ glo.in ꝟ.cuiuiſ

Diſpoſitio hui⁹ cle.hꝫ locuꝫ cū papa ſimpliciter ĩponit hm̄odi decimas
ſibi vel alij ſoluēdaſ vt tūc debeant̃ ſcd̄m taxationē decime in ilł ꝑti/
buſ ꝯſuetā.⁊ ad monetā currentē.ꝫ ſi aliq̄d certuꝫ exꝓmat papa in cō
ceſſione.illud ſeruabitur.vide h̄ glo.iūcto tex.in verbo ſimpliciter.

Ubi bn̄ficia ſūt taxata in cōi extimatiōe ꝓuentuꝫ fiet ſolutio decime ſe
cūduꝫ illā extimatiōeꝫ in ꝑtib⁹ꝯſuetā.vt ſi taxatū ſit bn̄ficiū in cētuꝫ
ſoluat.x.Liꝫ pl⁹ colligat ꝙ̃ Cētuꝫ vel min⁹.vbi āt nłła ē taxatio tunc
rōe decime pl⁹ vel min⁹ſoluit bn̄ficiat⁹.ſcd̄ꝫ ꝙ pl⁹ vel min⁹ ſinglīſ āniſ
recipit.ſoluēdo ſcꝫ verā decimā omniū redditū bn̄ficij.vide hic glo.
in ꝟ.taxationē.Et aduerte.qꝛ h̄ cāu dn̄t deduci expēſe facte ꝑ fructi/
bus ꝑcipiēdis.et ſine q̄bus fruct⁹haberi nō poterāt.Licet ſec⁹ ſit ĩ cōi
bus decimis q̄s q̄ſq; ſoluere debet ex predijs ſuis.vt in.c.cū ſint ho/
mines.e.ti.⁊ h̄ voluit gl.hic notāter.ſtatim.S̄.allegata.quā vide.

Si papa mādat alicui ꝓuideri de bn̄ficio vſq; ad certā ſummā certe mo
nete.ſcd̄ꝫ taxationē decime.hꝫ locū q̄d hic dicit̃.vt ĩſpiciat̃ illaꝝ par/
tiū ꝯſuetudo ĩ taxatione decime.id ē vt ꝓuideat̃ de bn̄ficio illi⁹valo/
riſ expreſſi ſcd̄m taxationē decime q̄ ſolet eē in ꝑtib⁹. Licet pl⁹ vel mi/
nuſ ſingułanniſ in veritate ꝑcipiat̃.debet enĩ attendi extimatio que
habet̃ in cōi.Et h̄ voluit gl.hic in ꝟbo ꝯſuetam.ſed aduerte quia glo
loq̄tur q̄n papa in reſcripto ſe reſtringit ad certā ſummā ſcd̄m taxati
onē decime.quid ſi ſimpliciter mādaret alicui ꝓuideri de bn̄ficio vſq;
ad certā ſummā.An debeat attēdi veruſ valoꝛ.id ē q̄d ĩ ꝟitate ſingu
līſ anniſ ꝑcipit̃.an ꝟbo cōis taxatio ibi ſolita.Certe ſi q̄ſtio iſta referat̃

ad tex.idem erit dicendū etiā cum ſimpliciter ſcribitur qꝛ in tex.nō ſit mentio de aliqua taxatione ꝫ loquit̄ cū ſimplr ſit ꝯceſſuȝ.ꝛ tñ dicitur eā deberi ſcdm taxationē ſolitā.In beneficio tñ in titulū ꝯceſſo forte aliud eēt dicendū.cū debeat fieri ſtricta interpretatio.vt in.c.ꝙuis.de preben.li.vi.Et ideo dȝ attēdi verus valor.ꝛ hāc qōneȝ ſi bñ reminiſcor.expſſe tāgūt dñi de Rota.ꝛ credo eē tetigiſſe i.c.ad aures.d Rptl. Quid ſi mandat̄ ꝯfiteri bñficiū certe ſūme ad certā monetā.ꝛ illa moneta nō currit in illis ꝑtib⁹.vide hic gl.in ꝟ.ꝯſuetā ꝓpe fi.q̄ nōbiliter dicit ꝙ fiet cōparatio monete ibi currētis ad illam q̄ in lr̄is exprimit̄ iux̄ pōdus ꝛ ꝯſuetudinē cambij.q̄ cōiter eē ſolet ꝛ nō iux̄ caſualē cariſtiā vel vilitatē q̄ ꝓpt̄ cām accideret.q̄ ꝟba diligēter nō ad ſiſes qōes.

Solutio decime beneficioꝝ debet fieri nō in ipis rebus ꝫ in pecunia numerata.vide glo.in ꝟbo moneta.iuncto tex.

Si plures monete currūt in loco poteſt beneficiat⁹ ſoluere decimaȝ de q̄ moneta vult.dūmodo illa cōiter currat.Electio ergo eſt ſoluētis.vid bo.glo.in ꝟbo currentē.ꝛ valet ad alias queſtiones. ꝛ vide glo.fi.in c.ij.de maledic.ꝛ de mā plene ꝑ bal.in.l.creditor.ff.de ſolutio.ꝛ i.c.oliȝ de cenſi.ꝛ in.c.q̄nto.de iureiurl.

Quanq̄ libri.Calices. ꝛ alia ornamēta diuinis officijs deputata capi non poſſint pro ſolutione decime.alij tñ libri atq̄ iocalia alijs vſibus deputata capi poterūt.ꝛ diſtrahi.vid hic tex.a ꝯtrario.iūcta gl. i ꝟbo deputata

An nō ſoluētes decimas bñficioꝝ ꝓut tenēt̄ poſſint ꝯſtringi ꝑ ſclarē ptātē.vide gl.fi.hic.niſi ꝯtemnāt cenſuram eccleſiaſticā.

## R. De Regularibus et tranſeuntibus ad religionem

### Cle. Ut profeſſores

Diſpoſitio hui⁹ cle.habȝ locū etiā in illis qui fecerunt poſſeſſionē infra q̄ntum decimū annū ſue etatis vel al's infra ꝓbationiſ annū i monaſterio mēdicantiū.et poſtea itrauerūt ordinē nō mēdicantiū.cū littēa iſta loq̄t̄ indiſtīcte i pncipio ſui.de q̄ vide b ꝑ gl.i.poſt pncipium.

Conſtitutio iſti⁹cle.pme locuȝ habet etiā in feminis ordinis mēdicātiū ſi tranſeunt ad nō mēdicātes.vide hic glo.i verbo quoſlibet.

Si mēdicans trāſit ad aliū ordinē mēdicantē vel nō mēdicanſ trāſit ad mēdicantē ſeu nō mēdicantē nō hȝ locuȝ hec ꝯſtitutio.ſolum ergo hȝ locum in vno de quatuor caſibus.ſcilicet cuȝ mendicans trāſit ad ordinem nō mendicantiū.vide hic tex.iūcta gl.in ꝟbo nō mendicantiū.

Si q̄s de ordine mēdicantiū tranſiuit añ hāc ꝯſtitutionē ad ordineȝ nō mendicantiū.Licet ibi obtineret tempe huius ꝯſtitutōis prioratum

vel aliquã admiſtrationẽ.nõ tñ habere debuit poſt hãc ↄſtitutionem vocẽ in capitulo niſi forte fuiſſet in illo ordine p̃ncipalis p̄latus. hoc voluit glo.ſcd͛z vnũ ĩtellectuz in cle.i.ꝑ alle.ĩ verbo inibi.

An is qui de ordine mendicantium tranſiuit poſt hanc ↄſtitutionez ad ordinẽ nõ mẽdicantiũ poſſit habere aliqua officia ibidẽ. que nõ ſunt ſubiecta eccleſiaſtice regule ꝫ ↄſiſtunt ĩ facto. vt officiuz yconomatus ꝛc̃.vide gl.ſuꝑ ver.officia.ĩ p̃ncipio que videt̃ dubitare.nã ĩ p̃miſ offi cijs nõ ẽ dubiuz ꝙ ad illa etiã extra mõſteriũ aſſumi nõ poſſit. vt ꝫ in .§.ad p̃oratus. Et nõ ꝙ ꝓcedit iſte tex.etiãſi auctoritate ſedis apoſtoli ce trãſiuit.vt patet manifeſte ĩ tex.

Tranſiẽs de ordine mẽdicantiũ ad ordinẽ nõ mẽdicantiũ ñ põt aſſumi ad officiũ etiã predicandi.vide hic gl.nõbilẽ ĩ verbo officia.ꝛ nota ex ĩpius ratione ꝙ pcedicare ẽ officiũ cure.ↄpetit eni de iure cõi ſolis cu ratis.de quo vide tex.cũ glo.ĩ cle.duduz.de ſepul.

Licet vicari⁹ aliũ ſbſtituere ñ poſſit ĩ vicaria.ex cã tñ ad modicuz tẽpus p̃t aliũ ponẽ loco ſui.vide gl.ꝫ.ꝛ tene mẽti ĩ v͛bo locuz alioꝝ.ꝛ pleni⁹ ꝑ archi.i.c.ꝑlectis.xxv.di.ꝛ aliq̃d per gl.ĩ cle.vna.de offi.vica.

Decretuz irritans ñ operatur effc̃z ſuũ ĩdiſtincte. Illa eĩ cadunt ĩ decre tuz q̃ ſunt retractabilia. Sũt enĩ q̃dam de officio cure que nõ pñt ca dere ĩ decretuz qꝛ nõ ſunt retractabilia.vt baptizare. eucariſtiã dare. ꝛ his ſimilia. Idẽ ẽ in his que ↄſiſtunt in facto ꝛ nequeũt nõ fuiſſe.ſi cut predicare.caſtaldia.et ſimilia.vide gl.in v͛bo irrituz.ꝛ tene mẽti.

Licet ↄſtitutio cõcilij vel pape.cuz approbatõe cõcilij aliquid ĩhibeat cũ cl̃a quouis priuilegio nõ obſtañ. nõ tñ per hoc ligatur poteſtas pa pe vel ſucceſſoris quo minus poſſit ↄcedere p̃uilegiuz. In ↄtrariũ vi de ꝫ gl.nõbilẽ ĩ verbo p̃uilegio.quã ſingulariter nõ. Ex qua habeſ ꝙ papa etiaz cũ cõcilio nõ põt imponere legẽ pape.ꝛ videt̃ ꝓbari ĩ.c.cuz ĩ cunctis iuncto.c. Innotuit.de elec.quod tamẽ limita vt nõ.ſpe.in ti. deſlega.ſub rubrica de diſpenſa.ĩ §.nũc breuiter.ꝓpe fi.

Cle. Eos qui deinceps

An ꝛ qñ aſſumptio vel delatio.habitus ĩducat ꝓfeſſiõez tacitaz. vid̾ ꝫ pleniſſime ꝑ gl.i.ex q̃ collige aliq̃s ↄcluſiões.qꝛ ꝓpter caſuũ varietatẽ videt̃ iuuenib⁹ ĩtricata. Prima ↄcluſio.delatio habit⁹ patenter diſti cti vt ĩ colore ſciſſura vel forma q̊cunq; tẽpore nõ inducit ꝓfeſſionem. ꝫ ꝓbatur hic ĩ fine lr̃e iũcta glo.i.marie ĩ fi. Scd̃a ↄcluſio.delatio ha bitus indiſtinctiſſimi.ꝑ moduz.de q̊ in.c.i.e.ti.li.vi.vt qꝛ nõ ſolum ꝓ feſſi et nouicij illo vtunt̃.ſed etiã gerẽtes vitã cõez cuz eis.nõ inducit profeſſionẽ in eo qui in pupillari etate illuz aſſũpſit.q̃ꝫtocunq; temꝑe deferat̃.vt ꝓbat̃ in dc̃o.c.i.e.ti.li.vi.nec hodie corrigit̃ ꝑ iſtuz te.vt nõ

hic in gl.ſuper v̾bo portauerint.ſecus aūt in eo q̄ illū aſſumpſit in pu
bertate. Inducit enī in eo tacitā profeſſionē poſt annū.vt ꝓbatur i.d
c.i.§.q̄ v̾o. Tercia ↄcluſio.delatio habitus ex̄ religionē q̄ꝫtocunqꝫ tp̄e.
nō iducit ꝓfeſſionē.ħ voluit tacite iſte tex.in v̾.in aliqua religiōe.ꝛc̄.
ar.ſumpto ꝑ ↄtrariū.et expreſſius tenet hic gl.in v̾.ī aliq̄.quā ſingula
riter nōbis.⁊ facit.c.vt clerici.de regl̄ari. Quarta ↄcluſio.delatio ha
bitꝰ idiſtincti vt ē ille q̄ vtūẗ pariẗ nouicij et ↄuerſi.iducit infra annū
pꝰpubertatē ꝓfeſſiōeꝫ tacitā.vt i.c.i.e.ti.lib.vi. Quīta ↄcluſio.delatio
habitꝰidiſtincti latēt̄ puta ꝑ bn̄dictionē.iducit ꝑ annū ꝓfeſſionē ī illo
mōſterio ī q̄ habitꝰſit delatꝰ.hec ↄcluſio ꝓbaẗ ſingl̄r ꝑ iſtū tex

Aſſumptio habitus ꝓfeſſoꝝ inducit ꝓfeſſionem in genere ſi daẗ perſeue
rantia tridui.de q̄ tn̄ dicendū vt habetur in.c.ↄſtitutionē.eo.ti.li.vi.ī
ſi.etiāſi tal̄ habitus latenter diſtinguaẗ ab habitu ꝓfeſſoꝝ. vt ꝓbaẗ
in dc̄o.c.i.in ſi. Nec in hoc ille tex.mutaẗ per iſtū.qꝛ loquiẗ in alio ca/
ſu ad quē littera iſta reſtringiẗ.vt nō.hic in gl.magna.in verſi. hodie
v̾o.quo ad hūc caſuꝫ.ꝛc̄. Et ex p̄dictis.⁊ ex glo.iſta magna in v̾ſi. ⁊ ex
his.nō triplicē habitū nouicioꝝ.diſtinctū et ħ dupliciter.vt.S. dixi.et
patet ħ in tex. Indiſtinctū.⁊ idiſtinctiſſimū.

Ad ꝓfeſſionē faciēdaꝫ tacite vel exp̄ſſe requiriẗ pubertas.ita ꝙ maſcu/
lus debet eē.xiiij.annoꝝ.femīa v̾o xij. Nec ſufficit ad iſtū effc̄m ꝙ pru
dētia vel malicia ſuppleat etatē voluit hic gl.ī verbo etate.quā nō.ex
q̄ hēs vnā dr̄aꝫ īter ꝓfeſſionē et matrimoniū carnale. Nā in illo mali
cia ſupplet etatē.vt i.c puberes.de deſpō.ipube.

Tex.iſte locū habet etiā ī fratribꝰ mēdicātibꝰ.vide ħ gl.ī v̾.religione.

Annus per quē cauſaẗ tacita profeſſio cū delatiōe habitꝰ nouiciorum
indiſtincti.vel latēter diſtincti dꝫ eē ↄpletus.vide hic gl.in v̾bo ꝑ an/
num. Ex qua nota ꝙ iſta dictio per.denotat ꝑfectionē anni.facit.l. vꝛ
bana.§ ꝑnoctare.ff.de v̾.ſigni.

Per delatōeꝫ habitus nouicioꝝ tp̄e ānali iduciẗ tacita profeſſio.dūmō
poſt diſcretionis annos quis talē habitū portauerit.nec habet obſta
re ꝙ illum aſſumpſerat ante pubertatē.vide hic gl.in verbo portaue/
rit.vide tex.in.c.i.eo.ti.li.vi

## R. ¶ De ſtatu monachoꝝ et canonicorū regulariū

## Cle. De in agro dominico

Nigredo habitus monachoꝝ in ſignuꝫ mortificatiōis carniſ et vicioꝝ
fuit inuenta.ꝫ vtinā hodie deficiētibus meritiſ nō ſignificet meritoꝝ
⁊ virtutū offuſcatiōes.vide hic gl.in v̾.ſacra.

Cōſtitutio iſtius cle.hꝫ locū in mōchis nigris duntaxat.ſaluo qđ nō.ſ.
i.§.ſane.⁊.§.qꝛ v̾o.cum.§.ſeq̄ti.⁊ potuit iſte ratio.q̄a alij mōchi cōiter

habent corpus et caput maius.vt Ciſtercieſ. Camaldulēſ. ⁊ his ſi/
mileſ.q̄ capite qꝛ caret nigri mōchi ideo min⁹ ibi vigꝫ correctō. Aduer
te qꝛ ī ꝯtrariū facit tex.pꝰ pncipiū.ibi nigri.bruni.vel albi coloris.ꝛc.
⁊ ſic apte vꝛ ꝯphendere mōchos etiā albos.⁊ facit qđ.ſ.nō.in gl.in ꝟ.
albi.cogita. Vel dic ſequēdo gl.ꝙ tex.loquit̄ nō de ipo habitu ſed ꝺ
veſte ꝑma.ipi habitui.vt ē tunica.q̄ſi innuat ꝙ mōchi nigri dn̄t por
tare veſtē ꝑmā habitui de nigro.bruno vel albo.vt colligi videt̄ ex
pncipio iūcto ꝟſi.ſtatuimꝰ. Vel loquit̄ de ſuperiori veſte ꝑma habi
tui.id ē ſcapulari.et tūc ſtat pmū dictū.et pro h̄ dicto optīe facit h̄ tex.
in ꝟſi.ſit etiā.qui clare loquit̄ de ſuperiori veſte.

Lectiſterniū ꝯponit̄ a lecto ⁊ ſterno.⁊ ponit̄ ꝑ lecto ſtrato ⁊ parato ⁊ oī
ipſius paramēto.vide hic gl.in verbo lectiſternijs.

Veſtis ſupior monachoꝝ habitui ꝑria dꝫ eſſe nigri bruni vel albi colo
ris.iuxta modū apud eos ſeruari ſolitū ī religione qua degunt.et dꝛ
habitus flocus.cucullа.vel ſcapulare. Et nō ꝙ cū iſti tres colores ꝑ/
mittāt̄ h̄.alij omnes vident̄ ꝓhibiti.qđ multi nō pōderāt. Dr ergo dic̄
regula.ꝙ de colore nō cauſent̄ mōchi.nō ītendit ꝙ omibus coloribuſ
pn̄t vti.ſꝫ ꝙ nō cauſent̄ īter colores ꝑmiſſos dicēdo ꝙ iſte ſit ſanctior.
⁊ pulcrior.vel melior.h̄ voluit h̄ tex.poſt pncipiū.in ꝟſ.ſtatuimuſ.iun
cta gl.ī ver.habitui.⁊ in ꝟbo albi.⁊ nō ex tex.et gl.ꝙ ſi omēs alij colo
res pter iſtos tres ꝓhibent̄ mōchis in veſte habitui ꝑma. fortius
vident̄ ꝓhibiti q̄ ad ipm habitū pncipalē.et h̄ apte ſenſit glo.ꝑalle.in
verbo albi.

Regio regionis dicit̄ a rex regis.et ē patria quā rex regit.et habet dimi
nutiuū regiuncula.q̄ſi ꝑua regio.vide h̄ gl.in ꝟbo regione.

Pugnus dicit̄ clauſa manus cum ꝯphenſione digitoꝝ.et dicit̄ a pūgo.
q̄ enī vult pungere ſtringit pugnuꝫ.h̄ ponit gl.in ꝟbo pugnum.

Monachi nō dn̄t portare vnuꝫ vel duos bottones ſeu plures ī veſte ꝑ/
rima habitui.vt h̄ in ꝟſ. Sit etiā ipa veſtis.ꝛc.iuncta gl.in ꝟ.q̄modo
libꝫ.⁊ aduerte qꝛ reſpēu veſtis ſupioris.h̄ ē cuculle.vel floci. h̄ ē īdu
bitatuꝫ.ſꝫ q̄ ad tunicā pt dubitari.ſꝫ idē puto dicēᵐ cum illa portet̄ fre
quēter ſb̄ ſcapulari.⁊ ſic ē habitui ꝑria.⁊ arguēdo a ſpeciali vꝛ ꝙ in
alijs veſtimētis īferioribꝰ nō ſit eis ꝓhibitum portare bottones.

Appellatione ſendati venit omne ſericum.vide hic gl.in ꝟ.ſendatū.⁊ nō
ex illa gl.iuncto tex.in ꝟſ.in veſtibus.ꝙ nil de ſerico debent monachi
portare in veſtibus pro foraturis.alꝛ́s foderaturis.

Dr mōſterium dicit̄ habere certuꝫ numeꝝ monachoꝝ. quādo talem nu
meꝝ habet.etiā incluſo ꝑlato.vide hic tex.in ꝟſ.ruſus.iūcta gl.in ꝟ.
xij.monachorum.quā nota.quia facit ad multa.

Septa dicit̄ a ſepio ſepis.et idē ē qđ clauſura.vide glo.in verbo ſepta.

Cõſuetudo excuſat monachos ſi meliori panno vtant̃ in vno mõſterio
ſeu in vna prouincia ꝙ̃ in alia. vide tex. in ꝟſi. rurſus. iũcta gl. nõbili ĩ
ver. ꝯſueto. quam gl. ĩtelligo dũmodo nimiuꝫ nõ excedat̃ in qualita
te panni regularis modeſtie. ar. hui⁹ tex. poſt p̃ncipiũ. ante ꝟſ. ſit etiã.

In monaſterio in q̃ fuerit cõgregatio xij. monachoꝝ aut ſupra. abbas.
Prior vel ali⁹ p̃ſidens infra ſepta mõſterij portare debet. flocũ. In alijſ
ãt mõſterijs vbi nõ ẽ tanta ꝯgregatio cucullã. Cũ ꝟo abbates. prio/
res ꝗ̃ alios p̃ſidẽtes ⁊ mõchos ex̃ mõſteria ꝓficiſci ꝯtingit. flocuꝫ. cu
cullã. ꝗ̃ capã clauſaꝫ habeãt. ⁊ ſſbtus capã ſi eã portauerint. cucullam
deferãt. alit̃ ſi maluerit ſcapulare. Et aduerte qꝛ licꝫ ſſb capa ſit portã^m
ſaltẽ ſcapulare. ſſb floco vel cuculla nõ. q̃ſi illa ſint habit⁹. ſꝫ nõ capa. ⁊
dr̃ capa a capace. ſiue capio capis. qꝛ totũ capit hominẽ. non tñ hꝫ ca
puciũ appenſuꝫ ſicut cuculla vel floc⁹. q̃ nõ portãt̃ ſub illa ſicut ſcapu/
lare. Rõdelle tñ q̃ nũc ſunt in vſu nõ ſũt ꝓprie cape. ẜ voluit iſte tex. ĩ
ꝟſ. Rurſus cũ ſequẽti. iũcta gl. nõbili in ꝟ. capã. quã nõ. Hec ꝓcedũt
regularit̃. ſꝫ cũ ad ſeruiẽdũ in diuinis officijs albis vel ſacris veſtib⁹
ĩduent̃ aut cũ occupabũt̃ in opis. vti eis licet ſcapulari. vt ħ in ver. ſe
quẽti. q̃ ĩcipit. Cũ aũt ad ſuiendũ. ⁊ vide gl. in ꝟ. albis. ex quo tex. nõ
ꝙ ſcdꝫ diſpoſitionẽ hui⁹ cle. mõchi nõ pñt vti ſcapulari ſine capa. ſi cũ
induũt̃ ad ſeruiẽdum in diuinis officijs alba aut veſtib⁹ ſacris ſeu
cũ occupãt̃ in opis. ſꝫ dñt portare veſtes ꝓut dcꝫ eſt. s̃. Et aduerte qꝛ
nomĩe cuculle venit habit⁹ lõgus ⁊ amplus. manicas nõ hñs. Noie
ꝟo floci ĩtelligit̃ habit⁹ hñs lõgas ⁊ amplas manicas. vt ħ hr̃ in ꝟſi.
vex. de capa nõ habet̃ hic ꝓpria ſignificatio. Gl. tñ. s̃. allegata ponit
eã vt diſtinctã a rõdello. et nõ declarat differentiã. Puto ꝙ de mẽte gl
fuerit ꝙ rõdellus dicat̃ mãtellus longus. aptus tñ ante ſicut multi
ſolent vti hodie. Capa vero ẽ mãtellus rotũdus. cooperiẽs totuꝫ ho
minẽ. nõ apertus ſicut vtũt̃ hodie prelati.

Licet fideles nõ artent̃ regularit̃ ad ꝯfitendũ et ad corpus chriſti ſumẽ
duꝫ. niſi ſingulis ãnis. Mõchi tñ tenent̃ ſingulis mẽſibus. ꝓut ħ ĩ ꝟſ.
ſane. ꝯtinet̃. de quo etiã hic in gl. in verbo ſinguli. Et an ẜ ꝯprehẽdat
etiã alios mõchos nõ nigros. glo. prealle. videt̃ dubitare. videtur mi
hi cõcludere honeſtum eſſe ꝙ ſic.

Appellatione nouitioꝝ veniunt nõ ſolum nouicij nõ profeſſi. ſꝫ etiã pro/
feſſi nouiter recepti non bene ĩſtructi in obſeruãtia reglari ſeu diuiniſ
officijs. ẜ voluit hic gl. in ꝟ. nouicijs. ⁊ iſtis nouicijs dꝫ deputari fide
lis inſtructor. ⁊c̃. vt hic in gl. in ꝟ. nouicijs.

Nota differentiā inter venationē et aucupationem. Naȝ venatio fit ad beſtias. aucupatio ad aues. Jnde aucupator .i. auiū captor. vide hic tex. i. §. porro. iūcta gl. in verbo venationibus.

Canes ad cuſtodiā apti pñt licite teneri infra monaſterij ſepta. ſecus de canib' et auib' venaticis. vide tex. i deo. §. porro. iūcta gl. i ꝟ. venaticos.

Nota ꝙ religioſi nō dñt itendere pſonaliter venationi vel aucupationi etiāſi i his hēant reddit'. vide tex. i deo. §. porro. et gl. i ꝟ. pſonalē. qm nō. maxie i fine ſui. vbi hr̄ qd dicē^m eſt in clericis ſecularibus

Monaſterio vacāte. vel al's abbate ſuſpenſo. bñficioꝝ collatio ad abbatem ptinēs nō deuoluit ad priorē clauſtralē et capitulū monaſterij. ſȝ debet obſeruari qd habet in. c. vno. ne ſe. va. li. vi. vñ caſus hic cōtentus ē ſpecialis. ad alios caſus nō extendēdus. vide hic bo. gl. in ver. vt premittitur quā nota bene.

Juſtis et bonis obſeruantia regularis ē ſuaue iugū. quibus ē clauſtꝝ quaſi aqua piſcib'. xxvi. q. i. placuit. ij. Alijs ē carcer. ꝺ ſen. ex. vt fame et ad vtrꝙ. xxviij. di. de his. nō. vide hic tex. i. § qꝛ ꝟo. iuncta gl. in ver ſuaui. Et dr̄ iuguȝ a iungo iungis. et ſic ſolet vocari inſtrm quo boues iungūt. vt nō. ħ i gl. ſequēti in ꝟbo iugo.

Conſtitutio iſta i. §. qꝛ vero. ligat mōchos cuiuſcūꝙ habitus et canonicos regulares vt nō accedāt ad curiā pncipum ſecularium abſꝙ ſpeciali ſuoꝝ plato licētia. ꝛc. nec mir. cuȝ liget etiaȝ canonicos regulares. Hoc voluit hic gl. i ver. canonici. Et hoc ſpecialit̄ dixit gl. hic. qꝛ ſupra voluit ꝯſtitutionē iſtaȝ nō extēdi regulariter n̄ ad mōchos nigros. ꝓpter verba poſita in pncipio. ħ dic vt. S. dixi latius.

Monachi admiſtrationē habētes pñt impune ire ad curiaȝ pncipuȝ. cū ſepe eos ire oporteat ꝓpter cauſas ſuaꝝ adminiſtrationū. vide ħ tex. iuncta glo. in verbo nō habētes.

Duodecim abuſiones clauſtri. et duodeciȝ abuſiones ſeculi. vide nōbiliter hic ꝑ glo. in ꝟ. curias. et nota illaȝ.

Monachi cuiuſcūꝙ habitus et Canonici regulares intrantes curiam pncipum animo dānificandi monaſteriuȝ aut platum icidunt ipo facto in ſnīaȝ excōicatiōis ſiue habuerint a plato licētiam eundi ſiue n̄ Jtē ſiue damnificauerint ſiue nō. ſufficit enī animus cuȝ acceſſu. vide ħ tex. iuncta gl. in ver. ipo facto.

Monachi tenētes arma infra ſepta monaſterij ſine licentia abbatuȝ ſuorum ſunt ipo facto excōicati. tex. vnicus ē hic in. §. qꝛ vero. ꝟ. prefate quoꝙ. Et nō qꝛ punit tenentes. Si ergo monachi veniūt deforis ad clauſtꝝ cū armis. nō animo tenēdi i clauſtro. nō ligant̄. nec eē ſimplici delatione. ħ voluit hic glo. in ꝟ. tenētes.

Quid venit appellātōe armoꝝ. tā in cōi ꝙ ſtricte. vide hic gl. in ꝟ. arma. quā nota pcipue ꝗ ad duo. Pmo qtūs dicit ꝙ ſtricte arma dicūt̄ qb'

defendimus.tela q̄bus impugnamus.Inſti.de publi.iudi.§.item lex cornelia.i.Scd̄o in eo ꝙ dicit licet armoꝝ appellatio fuſtes et lapides ꝯprehendat.⁊ omne qd̄ manu ⁊ arcu mittit.vt in predicto.§.Item lex putat tñ gl.ꝙ auctor nō ſic late ītellexit hic.ſed ſolū maiora.vt loricaſ clippeos.lanceas.⁊c̄.Ex q̄ ſingularit̄ nō ꝙ armoꝝ appellatio nō capit̄ ita large indr̄nter.ꝫ ſcd̄m ſbiectā materiā reſtringit̄ ad maiora.

Quotiēs diſpoſitio loq̄tur ſimpl̄r de mōchis hꝫ locū in oībuſ tā ī nigriſ q̄ꝫ albis et reliquis.vide hic tex.in.§.ad hec.iūcta gl.ī v̄.monachi.q̄m nō.Ideo ꝯcludit ꝙ iſte.§.ad hec.habet locū in omibus monachis vt nō habitent ſinguli in admīſtrationib⁹ vel ꝑoratibus.⁊c̄.vt ī tex.h̄r.

Non eſt neceſſe vt prior habeat in priorata duos ſocios ſi redditus nō ſufficiūt.ꝫ ſatis ē ꝙ hēat vnū.vide hic gl.in.§.ad hec.in v̄bo duobus ſi aūt nō ſufficiūt.priori et ſocio ꝓuidebitur vt in littera habetur.

Priorat⁹ nō ſufficiēs ꝑori et ſocio.poterit vniri ꝑ ordinariū loci.officijs mōſterij.ad qd̄ ꝑtinet.puta elemoſinarie.et ſil̄ib⁹.vide hic tex.nō.in.§.ad hec.iūcta gl.in v̄.officijs.et dic vt lati⁹ ī tex.ꝯtinet̄ et ī gl.v̄.ī aſſen/ſu.vbi h̄r an dēat ītervenire ꝯſenſus abbatis ⁊ capl̄i ecc̄ie kathedral̄

Qꝫ abbates nō pn̄t propria auctoritate vnire eccleſias etiaꝫ pleno Iure ſibi ſbiectas.glo.eſt hic ſingularis in ver.ordinarios. Ego dubito eo caſu quo eēnt pleno iure ſbiecte.Nam tunc poteſt in illis exercere epi ſcopalia iuriſdictionalia.vt nō.glo.ſingularis in cle.i.de re.eccle.non alie.et facit quod plene dixi in.c.ſignificaſti.de fo.cōpe.in lectura

An abbates poſſint p̄ſcribere poteſtatē vniēdi eccleſias ſeu bn̄ficia ſibi ſbiecta ſeu ſpectantia ad collationē ſuā.vide hic glo.in v̄.ordinarios. poſt ꝑncipiuꝫ.q̄ ponit opiniones.et finaliter ꝯcludit.et bn̄.ꝙ ſic. qꝛ h̄ eſt dignitatis ⁊ iuriſdictōis.nō aūt ordinis.ad h̄.c.accedentibus.de exceſſ̄.prela.⁊ quod ibi nō.in glo.et ī.c.l̄ras.de reſti.ſpo.Req̄rit̄ tamē titul⁹.cū ſit ꝯtra ius.ñ ſit tāti t̄pis de cui⁹inicio ⁊c̄.vt in gl.quā nō bn̄

Iura dicētia ꝙ mōchi nō debēt ſingulariter habitare ī capellis.ꝫ debet ad minus habere q̄libet vnū ſociū cū quo poſſit aliquā ſtabilitatem clauſtri ſuare.dꝫ ītelligi in monachis clauſtralib⁹ q̄ pn̄t ad libitū ab/batis ad clauſtꝝ reuocari.ſecus aūt in mōchis ſeu canonicis perpe/tuo inſtitutis ad aliq̄ꝫ eccleſiā curatā.qꝛ cū tales nullā hēant ā̄plius cū monaſterio cōmunionē.xvi.q.i.ne ꝓ cuiuſlibet.nō tenetur taliſ ha bere ſociū ſui ordinis.nec abbas illi ſociū dare tenetur. exquo non ē amplius ſb̄ eius cura.vide h̄ glo.notabilem in v̄.ad clauſtꝝ. q̄m tene mēti.quia q̄tidie ē in practica.

Clericus ſecularis hn̄s eccleſiā dꝫ habere ſuitorē.puta clericuꝫ in mi/noribus.q̄ eū adiuuet in diuiniſ.nō aūt tenetur h̄re ſociū ſicut mona chus clauſtralis.vn̄ talis loc⁹ſufficere poterit p̄ſb̄ro et ſuitori. q̄ non ſufficit duobuſ monachis.vide hic bo.gl.in v̄bo ſuitutis.iuncto tex

Prioratū cōuentualē nō pōt monachus obtinere niſi xxv. annuꝫ attin
gat. ⁊ dicit̉ cōuentualis in quo ſunt plures collegialiter. nō vt ſingu
li. vt ē hic tex. in. §. ceterꝝ. iūcta glo. in ver ꝯuentuales. Prioratū autē
nō ꝯuentualē. hñtem tñ curā animarꝝ. ſi cura ipa nō ꝑ ſe. ſꝫ per preſbi-
terum ſecularē exerceat̉. pōt mōchus hr̄e poſtq̄ꝫ peregerit xxv. ānum.
⁊ nō ꝑ̇us. ſꝫ ſi cura exerceri debeat ꝑ priorē debet attigiſſe xxv. annū.
de hꝫ eſt tex. hic in. §. ceterꝝ. iūcta glo. nōbili i ꝟ. etſi. dicit tñ ꝑ̇dicta gl. ꝙ
licet ita ꝯdicionalit̉ videat̉ loqui iſte tex. nō tñ vr̄ de mēte vt clauſtra
lis exerceat curā ꝑ ſe. per. c. i. de cap. mō. dic tu hꝫ dictū procedere mero
iure cōi inſpecto. tamē ex ꝯſuetudine poteſt clauſtralis per ſe exercere
vt notāter volunt hic doc. ⁊ dixi in dc̄o. c. i. de cap. mō.

Quid āt ſi prioratꝰ nō eſt cōuentualis. nec hꝫ curā animarꝝ. tex. ⁊ glo. nō
aperit hic. ſꝫ tu dic vt plene ſcripſi in. c. ſuꝑ inordinata. de ꝑ̄ben.

Quanq̄ꝫ. c. licꝫ canon. de elect̄. li. vi. locū nō habeat in eccleſijs collegiat̄.
et ad animarꝝ regimē aſſumptis. ar. c. ſtatutuꝫ. e. ti. li. vi. In prioratibꝰ
tñ cōuentualibꝰ ⁊ religioſis. ⁊ ipoꝝ ꝑ̇oribus locuꝫ hꝫ vt probat̉ hic ī
. §. ad hec. Et vide glo. in ꝟ. iſtos. Priuat̉ enī ipo facto prior eccl̄ie et̄.
eiꝰ ꝯuētualis. q̄ nō facit ſe infra annū i ſacerdotē ꝓmoueri vt hic.

Nō profeſſus ordinē monachalem nō poteſt ꝑ̄fici alicui prioratui regu
lari ſeu adminiſtrationi alicuiꝰ monaſterij. Et profeſſus. illi ꝑ̄fectus.
nō dꝫ ſtare in mōſterio ꝑ̇ncipali. ſꝫ in ipo prioratu ſeu adminiſtratione
tenet̉ facē reſidentiā. q̄cunq̄ꝫ ꝯſuetudine nō obſtañ. ñ ſtudioꝝ vel alia
rationabili cā ab hm̄oi reſidētia excuſet̉. tex. ē hic ſingl̄aris i. §. ſane.
prioratus. ⁊ nō ex illo ꝙ neduꝫ ſimplex mōchus pōt de ſui abbatis li
cētia ad ſtudiū ſe ꝯferre. vt i. c. ij. ne cle. vel. mo. li. vi. ſꝫ etiaꝫ prior. q̄ al̄s
tenet̉ ad reſidentiā. vt hic. Et idē dicit̉ de abbate. A quo āt abbas de
beat habere licentiā. vide per Jo. an. in. dicto. c. ij

. §. ad ampliationē. hic ꝓ̄pe finē poſitus. locuꝫ hꝫ in q̄buſlibet mōchis. hꝫ
voluit glo. hic in ꝟ. q̄buſlibet. ⁊ hoc ꝓ̄pter ꝟbuꝫ q̄libet. in tex. poſitum
Tenet̉ ergo q̄libet mōchoꝝ ſe facere ꝓmoueri ad om̄s ſacros ordīes
ad monitionē ſui abbatis. ⁊c̄. vt i littera. Et ꝑfecto mihi ſatis plꝫ vt
iſte tex. i totuꝫ ſibi vēdicet in oībus mōchis cuiſcunq̄ꝫ habitꝰ. tum qꝛ
eadē eſt ratio in oībus. nec ꝟba bene pōderata reſiſtunt. tuꝫ. qꝛ nō vi-
deo quare in parte habeat locū in oībus ⁊ in parte nō. ⁊ facit qđ no-
tatur in cle. i. §. de ꝛ̄ptis. ⁊ qđ ibi dixi.

Si monachus vltra Juris debitū a ſuo ſuperiore grauat̉. poteſt ex legi
tima cauſa ad ſuꝑiorem ſuperioris ſupplicare. vel appellare. ad inſtar
ſui ſupplicātis ꝯtra dñm. C. de preci. Impa. offe. l. i. de app. de ꝑ̇ore. hꝫ
voluit gl. hic in ꝟbo legitima.

Si Abbas nō ꝯſtituit magiſtꝝ in mōſterio vt mōchos iſtruat in primi
tiuis ſciētijs. legitima cauſa nō ſubſiſteñ. dꝫ ep̄us illuꝫ ad hoc cogere

vel iꝑe illū ꝯſtituere. ꝭ voluit gl. hic in verbo facultates. Ex qua nō ꝙ abbate negligēte explere officium ſuum debet epūs ſupplere modo predicto. et facit qꝺ legitur et notat̃ in. c. quanto. de offi. oꝛ. et de ꝭ dic vt ibi generaliter legit̃ et notat̃.

## Cle. Attendentes

Celebꝛis dicit̃ a celo. et ponit̃ pro ſancto. pro ſolenni. pro feſtino. pro fre/quētato. vide gl. hic in verbo celebꝛi.

Singula monaſteria monialiū debēt ſingulis annis ꝑ oꝛdinarios viſi/tari nō exempta a papa. Exempta vero q̄ ſedi aplīce imediate ſbſunt aucte aplīca. Exēpta ꝟo alia ꝑ eos q̄bus ſbſunt. tex. ē hic ſingularis iūcta gl. ī ꝟbo oꝛdinarios. ⁊ ipediētes iꝑos viſitatoꝛes niſi moniti re ſcipiſcāt excationis ſniaꝫ iꝑo facto īcurrūt. vt hic ī fi. ſinglarit̃ ꝓbat̃.

Monaſterioꝝ due ſunt ſpecies. Aliq̄ ſunt ita exempta ꝙ nō recognoſcūt ſuꝑioꝛē niſi papā. Aliq̄ ſūt exēpta. qꝛ ſunt de oꝛdine exēptoꝝ ſicut mo/naſteria oꝛdiſ Ciſtercieñ. Camalduleñ. ⁊ ſilia. Jſta vltia nō viſitat nꝰ coꝛrigit oꝛdinariꝰ loci. ꝫ abbas vel prioꝛ cui ſbſunt. Prioꝛa ꝟo q̄ ime/diate ſbſunt pape viſitāt̃ aucte aplīca ꝑ oꝛdinariū loci. ⁊ ſic oꝛdinariꝰ loci ī ꝭ ē delegatꝰ pape ꝑ illa ꝟba aucte aplīca. ꝭ voluit tex ꝭ iūcta gl ī ꝟbo alia. ⁊ iūcto tex. in. c. cū aliq̄bus. de ꝶptis. li. vi.

Sꝫ dubiū ē q̄o ſi monaſteria monialiū ſbſunt alijs mōſterijs monialiū. dubiū facit qꝛ maioꝛ prelata nō pōt exire cluaſurā. vt ī. c. vnico. e. ti. li. vi. ⁊ ꝑ ꝯñs nō debet poſſe ꝑ ſe viſitare. et ſic loci oꝛdinarius dꝫ ſuppl̃ē.

Archi. tractat ꝭ in dc̄o. c. vnico. ⁊ tenet ꝙ illa maioꝛ prelata per ſe viſita re nō pōt. ꝫ cum ſit iuſte impedita viſitabit ꝑ aliū. x. q. i. epūm. facit de offi. oꝛ. ſi epūs. li. vi. ⁊ ſcd̄m ꝭ ceſſabit ibi officiū oꝛdinarij. ſcd̄m gl. hic prealle. in verbo alia. ꝓpe mediū.

Quomodo ītelligit̃ ꝙ annis ſingulis mōſteria viſitent̃. an ſufficit ꝙ in fine vnius anni et in ꝑ̇ncipio ſcd̄i. vide hic gl. in ꝟ. ānis ſingulis q̄ re/mittit ad notata ī. c. ſingulis. in ꝑ̇ncipio. de ſta. regu.

An monaſteria viſitari pluries q̄ꝫ ſemel in āno poſſint. vide hic gl. in ꝟ. annis ſingulis. q̄ dicit ꝙ ſic ꝑ nōta in. c. mādamꝰ. de offi. archy. et ī. c. cū venerabilis. de cenſi. et ꝭ dicit indubitatū in nō exēptis. Jdē tamē putat ī exemptis cū hec littera huic dicto non ꝯtradicat. et hec nō.

Peccāt prelati nō viſitātes monaſteria monialiū ſingulis ānis. cuꝫ eis ꝭ p̄cipiatur hic ꝑ verbū debeāt qꝺ importat neceſſitatē. licet aliq̄ñ ſa piat honeſtatē ꝫ illud ē ſpeciale. et ſic ītelligit̃. c. i. de deſpō. impube. Et in hoc ſingulariter nō iſtam gl. q̄ quotidie ſolet allegari ꝙ verbuꝫ de/bet ex ꝓprio ſignificato importat neceſſitatē. et idē bar. in. l. creditoꝛes C. de pig. vbi plenius per eum.

Capittula ſuꝑ q̄bus inq̄runt viſitatoꝛes monaſterioꝝ foꝛmauit Hui

in ſpe.de inq̄ſitione.§.nunc tractemus.ver.licet aūt.ad quē remittit h̄ glo.in verbo impendant.vbi vide.

Dr appellatiōe monialiū includit abbatiſſa.gl.h̄ ī ver.moniales all'.c.ſi. de ſymo.vbi appellatiōe mōchoꝝ.īcludit abbas.ꝫ dic vt ibi pleniꝰ nō

An moniales poſſint nutrire comā.an vēo teneant ſibi crines p̄cidē. vide h̄ bo.gl.in ver.⁊ cornutis.q̄ p̄mo ꝑ copulam tex.arguit ꝙ ſic. q̄a tex.prohibet comas cornutas.ſecus ergo ſi nō ſunt cornute.Et hanc opi.tenuit lau.xx.q.iij.c.ij.qꝛ clericis et nō monialibꝰ ꝓhibent. Gloſa tor dicit ꝙ apud nos moniales cōiter tondent.et h̄ putat plus moni alibus expedire.vt deformato capite deo viuāt potiꝰ.ꝙ̄ crines poli endo hūani generis hoſti defuiant.⁊ h̄ mihi plus plꝫ.ar.rationiſ.tex c.duo ſūt gn̄a.xij.q.i.et vide qđ dixi in.c.clerici.de vi:et ho.cle.

Moniales etiā exempte qn̄ viſitantur per ordinarios auctoritate huiuſ ꝯſtitutionis tenētur ad procurationē.licet in tex.h̄ nō dicat.venit eiꝫ ꝓcuratio tanq̄ ānexa viſitationi.vide h̄ bo.gl.ī ver.alia.

Ordinarij pn̄t coercere moniales etiā exemptas nō ſolū vt deſiſtant ab his q̄ exp̄munt hic.ꝫ etiā a ſilibꝰ.ar.c.trāſlato.de ꝯſti.ex q̊ nō ꝙ ꝯſtitu tio noua ꝓuidēs ī certis caſibꝰ extēdit ad cāus ſiles.facit optime qđ nō.gl.i.l.i.C.de ꝯdictio.inde.et tex.ī.c.cū dilecte.de ꝯfir.vti.

Non omnes abbatiſſe neceſſario benedicēde ſunt.ſꝫ ille duntaxat q̄ pre ficiūtur mōſterijs in q̄bus abbatiſſe benedici ſolite ſunt.Si aūt aliq̄ fuerint bn̄dicte.alique nō.tūc ſi de more ſuato ꝑ xl.annos.patere poſ ſet.ille ſuandus eſt.licet prius vel poſtea ſuatum ſit ꝯtrarium.ar.de p̄ben.cū de bn̄ficio.li.vi.⁊ vide tex.iūcta glo.in.l.aliud.§.refert.ff.đ re iur.et qđ nō.Jo.an.ī.c.ſi.de ꝯſue.Cōſuetudo eiꝫ iam firmata debito tp̄e nō variat.licet poſtea vel p̄us ꝯtrariū ſit ſeruatum niſi tanto tp̄e poſtea ꝯtrariū fuerit ſeruatum ꝙ legitime ſit inducta ꝯtraria ꝯſuetu do.vt ibi nō.⁊ hoc notāter voluit gl.hic.vbi auteꝫ negatiua vel affir matiua tanti tp̄is probari nō poteſt.ceſſat pena hic appoſita ſuꝑ be nedictione ꝑcipiēda.quaſi ex varia obſeruatiōe videat illđ volūtari um.hoc notabiliter voluit gl.hic in ver.ſolite.⁊ ex h̄ vltimo nō.ꝙ va ria obſeruantia alicuius actus non ligat ad obſeruantiā. exquo nō eſt īducta ꝯſuetudo ꝑ ſpaciū legitimi temporis.

Benedictio abbatiſſe ē ſimplex.nō aūt eſt mixta inter ſimplicem et ordi nariā ſicut bn̄dictio abbatis.qđ patet ex eo.qꝛ abbas bn̄dictꝰ mona chos bn̄dicit.de ſup.ne.p̄la.c.i.et ꝯfert minores ordines.de eta.et q̄li. cū cōtingat.et lix.di.c.i.q̄ abbatiſſa ex fragilitate ſexus nō fc̄it.de pe. et remiſ.noua.cū ſi.⁊ ſic minus hꝫ benedictio abbatiſſe q̄ꝫ abbatis.ex h̄ infert ꝙ licet benedictio abbatis a q̊ pēdet ordinādi ptās hiſ diebꝰ dari debeat q̄bus dādus ē ordo ſcđm Hoſti.q̄ dicit h̄ tutiꝰ in.c.cū cō tingat.de eta.et quali.de benedictōe tn̄ abbatiſſe a qua p̄dc̄a ptās

nō depēdet minus videt dubiū. quin q̊libȝ die dari poſſit. et ſatis eſt illi vel ſuis depēdētijs certum tēpus nō eſſe prefixū. Hoc notabiliter voluit hic gl. in verbo bn̄dici. Et de hac benedictiōe abbatis vid qd nō. in dc̄o. c. cum ꝯtingat. ⁊ i. c. tuā. Nā aliqui voluerūt eā eē omnino ſimplicem. ȝ ex p̄uilegio cōpetit abbati benedictio vt poſſit miores ordines ꝯferre. nō aūt ex vi bn̄dictionis. Cōiter tn̄ tenet ꝙ hic nō. in gl. Et forte ꝓpter p̄dicta. qꝛ benedictio abbatiſſe ē ſimplex. non neceſſitat quelibet Abbatiſſa ad eā ſuſcipiendā. ȝ ſi ꝯſuetudo monaſterij dictaxat hoc habet. An aūt iſta benedictio ſit reiterabilis. vide hic in glo. p̄alle. quod iterari nō debet ad inſtar benedictiōis nupciaꝝ.

Corrupta nō pōt eligi in abbatiſſam. ſi tn̄ ꝓmoueret per hn̄tem poteſtatem. puta ꝑ papā. nō debet benedici. vt in. c. iuuēculas. xx. q. i. hoc no. gl. in ꝟ. rationabilis. ⁊ pro eo quod dixi de papa vide quod in ſimili no. glo. in cle. i. de electio.

An abbas nō faciēs ſe benedici infra annū cadat a iure ſuo ſicut de abbatiſſa cauet hic. No. glo. hic in ꝟbo cecidiſſe. notabiliter dicit ꝙ non. qꝛ h̄ nō exp̄mitur in eis. ȝ ſolum in abbatiſſis. Licet enī maſculinum ꝯprehendat femininū. nō tn̄ ecōuerſo. vt. l. ſi ita ſit ſcriptuȝ. ff. de le. ij. h̄ nō. gl. p̄alle. quā ſingularit̄ nota. qꝛ facit ad multa. Et p̄mo nō eā quo ad p̄ncipale dictū. Scd̄o ꝙ diſpoſitio in abbatib' ⁊ monachis habet locū in abbatiſſis ⁊ monialibus in eis que ſibi cōgruere poſſunt. ſec' ecōtra. vide tn̄ quod nō. in. l. ij. ſeu ſi. C. de indic. vidui.

Dic iſta ꝟba. ſit q̄s ꝯtentus tali comitiua ſeu tali re. ⁊c̄. itelligāt negatiue ⁊ vltra n̄ hēat. ⁊ h̄ innuit ꝟbū ꝯtentus. Ita no. gl. h̄ i ꝟ. duob' q̄m nō.

Dic tam eccleſia kathedralis q̄ȝ alia inferior. ſeu diocl. poteſt dici ipſi' epiſcopi vide tex. hic iuncta glo. in ꝟ. ſiue. quā nota.

Licet in iſta cle. prefigat epō ſeu ordinario certus numerus ꝑſonarū in viſitatiōe monialiū. nō tn̄ ꝑ h̄ itelligit reſtrict' numer' ꝓcuradoꝝ. ſtatut' i. c. cū apl's. de cēſi. Lra aūt iſta dȝ itelligi de numero itromittēdorum i capitulo tp̄e viſitatōis. h̄ voluit notāter hic glo. in ꝟ. contētos.

Nō eſt locus pene excōicationis hic poſite ꝯtra impediētes volētes viſitare mōſteria monialiū niſi ꝓcedat monitio vt deſiſtant ab illato ipedimēto. h̄ voluit hic glo. in ꝟ. impedire. q̄ etiā querit an requirat monitio ſpecialis. An ꝟo ſufficiat generalis. ⁊ non firmat.

## R. ¶ De religioſis domibus vt epiſcopo ſint ſubiecte
## Cle. Cum de quibuſdam.

Tres ſunt ordines beati Franciſci. Prim' maſculoꝝ. q̄ profitent omnia ſbalia religionis cuiuſlibet. ⁊ iſte ē ſtrictiſſim'. de q̊ in cle. exiui. de ver. ſigni. Scd̄s ē ſancte Clare ſororis. q̄ etiā ꝓfitent ſbſtantialia ȝ dr̄nt a p̄mo. quia iſte habent ꝓpriū i cōi. quod nō habet p̄mus ordo minorū

Tertius eſt ordo. maſculis ꝛ feminis ↄmunis. in quo exiſtentes pro mittūt obedientiā. ꝛ hn̄t quandā regulā. non ꝓprie quo ad tria ſbalia ſ; quendā modū viuēdi p ſedē aplicam approbatū. Et h̄ voluit glo. h̄. in ꝟ. obedientiā. q̄ ſolet quotidie allegāi. Sed tu vide aliā pleniorem in cle. cū ex eo. ꝟ. de ſen. ex. q̄ inter cetera dicit ꝙ iſte tertius ē p viuenti/bus in ↄiugio. tn̄ ſm modū viuēdi eis datū abſtinēt certis dieb᷒. qua libet ſeptimana a thoro. Et nō ex p̄dictis ꝙ non ꝓfitentes tria ſbalia. non dicunt ꝓprie habere regulā. ſ; quendā modū viuēdi. ꝛ p ↄſequēs non dicunt ꝓprie regulares. Nec etiā ꝓprie ꝛ ſtricte religioſi. vt nō. ſu per Rica. de regu. ꝛ hoc tene mēti.

Nedū feminis ꝛ laicis maribus p̄dicare nō licet. ſ; nec etiaȝ clericis qui nō ſunt curati vel p̄uilegiati. ar. in. c. cū ex iniuncto. de here. iuncta cle dudū. de ſepul. vide hic gl. in ꝟ. predicent. ꝛ qd̄ nō. gl. in cle. i. de regul. vbi aliq̄d tetigi.

An aūt laici maſculi ꝛ femine poſſint p̄dicare ex ↄmiſſione habētiū curā vide qd̄ nō. gl. adijcimus. xvi. q. i. ¶ glo. in ꝟ humilitatis

Quid ſit humilitas. ꝛ vn̄ dicat. ꝛ de trib᷒ hūilitatis gradib᷒. vide h̄ bo.

## Cle. Quia contingit interdum.

Occupatores ꝛ vſurpatores bonoꝝ ecc̄iaꝝ ſeu hoſpitaliuȝ pn̄t ſup illo rū repetitione corā iudice ecc̄iaſtico ↄueniri. h̄ voluit gl. h̄ ſup ꝟ. excu/tere. all. c. cuȝ ſit gn̄ale. de fo. ↄpe. Et vide tu lati᷒ de mā. ꝛ qua actione ſit agendū corā iudice ecc̄iaſtico cū laici ſint rei in. c. ſi cleric᷒ laicuȝ. de fo. ↄpe. ꝛ in. d. c. cū ſit.

Hoſpitaliū rectores nō pn̄t vltra victū ꝛ veſtitū fruct᷒ ꝛ reddit᷒ ↄuertē in vſus ꝓprios. etiamſi fructus ſint a ſolo ſepati. vide h̄ tex. iūcta gl. in ꝟ. vſus ſuos.

Solus papa p̄ot alterare vſū eoꝝ. q̄ p fideles locis ecc̄iaſticis ꝛ religio ſis donata ſūt. tex. eſt hic valde nōbilis. q̄ quotidie allegat iūcta glo. in ꝟ. non aliū. Qd̄ intellige ſi ad illū vſū iſta bō ↄuerti pn̄t. ſi āt ↄuerti nequeunt. vide qd̄ le. ꝛ nō. in. c. nos q̄dē. de teſta. ꝛ h̄ p doct. ꝛ p Jo. de lig. p᷒ Bar. ſup cle. exiui de padiſo.

Hoſpitalia religioſa ptinere ad aliū q̄ȝ ad ordinariū nō pn̄t. licȝ funda/tor aliud ſtatuerit in fundatione. ſ; oportet ꝙ h̄ ſtatuat p ordinariū d̄ ↄſenſu patroni. ꝛ idē dicit de alijs oneribus hoſpitali annectendis. h̄ apte ſentit gl. h̄ in ꝟ. appoſito. all't bo. tex. in. c. cū dilect᷒. de ↄ̄ſue. ꝛ alia alle. in ea. vide qd̄ in illis iurib᷒ nō.

Hoſpitalia pn̄t ptinere ad aliū q̄ȝ ad ordinariū loci ex ↄ̄ſuetudine legi time preſcripta. ꝛ dicit p̄ſcripta ltime ſi fuit obſuata ſpacio. xl. annoꝝ cum titulo. n̄ ſit tanti tp̄is de cui᷒ ꝛc̄. vide h̄ gl. in ꝟ. ltime. Et ex ea etiā

nō ꝙ ad ꝯſuetudinē inducendā ꝯtra ius.requirit titulus. Sed tu dic
melius ꝙ hic non loquit̃ tex.de ꝯſuetudine ꝓprie ſumpta ſ; improprie
que potius eſt p̄ſcriptio.cū per eam detrahat̃ iuri ordinarij ⁊ applicet̃
ſpēali ꝑſone. Simile in.c.non eſt.de ꝯſue.li.vi.iuncta gl.⁊ vide oio qđ ibi
de hoc.nō.ꝑ Jo.an.

Licet epī poſſint aliq̄ tꝑalia iura remittere vel cōferre eccleſijs vel hoſpi
talib᷒.viſitationē tñ ⁊ correctionē a ſe abdicare nō pñt.vide h gl.ī ꝟ.ſe
dis aplice. Et dic vt plene leg.⁊ nō.in.c.cū venerabilib᷒.de cenſi.vbi ꝑ
Jo.an.ſ; nō gl.reſpectu hoſpitaliū.

Ordinarius loci ſupplet negligentiā p̄ſidentis hoſpitalis etiā exempti.⁊
ꝯſtare p̄t etiā de negligentia ex facto notorio.de cenſi.rōna.§.notoria
li.vi.vel ꝑ aſſignationē termini ad h p̄fixi ⁊ elapſi. facit qđ in ſili nō.ī
c.ex ꝑte aſteñ.de ꝯceſ.p̄ben.h no.glo.h in ꝟ.negligentiā.iūcto tex.

Verbū iniungo ſapit p̄ceptum.vide glo.h in ꝟ.iniungimus. Idem dic
de ꝟbo oportet.vt in.l.iij.C.de iureiu.⁊ ꝑ Bar.in.l.admonēdi.ff.e.ti.

Hoſpitalib᷒ p̄fici pñt.non tñ in titulū.clerici ſeculares.vt hic innuit ſa
tis in tex.in ꝟſ.vt aūt p̄miſſa.in p̄n. Ad idem.xviij.q.ij.quidā. Laicis
etiā eoꝝ adminiſtratio deputari poterit.li; rector habeat curā paupe
rum ⁊ familie hoſpitalis extra ꝑtātem clauiū.d.c.quidam. Et in p̄ma
editione hui᷒ ꝯſilij fuerat ꝓhibitū ne laicis habentib᷒ filios vel vxo
res ex q̄bus poſſent veriſimiliter filios ꝓcreare talia loca ꝯferent̃ qđ
poſtea fuit ſublatū.vt nōnter dicit gl.h in ꝟbo ſecularibus.in fi. Ex q̊
infert̃ ꝙ etiam talib᷒ laicis hoſpitalia cōferri pñt. Qđ credo verū.ñ ſit
veriſile ꝙ ꝑ filios vel vxores bō hoſpitalia dilapidarent̃.ar.in.c.de ſi/
racuſane.xxviij.di. Nō tñ hic ſinglariter tex.in ꝟſ.vt aūt.q̄les debent
eſſe rectores hoſpitaliū.debent enī eſſe viri ꝓuidi.idonei.⁊ boni teſtio/
nij.qui ſciant.velint.⁊ valeant loca ipſa ⁊ bona eoꝝ.ac eoꝝ iura vtilit̃
regere.⁊ eoꝝ ꝓuentus ⁊ redditus in ꝑſonaꝝ vſum miſerabiliū fideli
ter diſpenſare.⁊ ꝙ in vſus alios bona predicta ꝯuertē preſumptio ve
riſimilis non exiſtat Et nō ſingulariter hec vltima ꝟba ꝓbant enī qđ
ſupra dixi ꝙ talib᷒ ſuſpectis nō debēt talia hoſpitalia ꝯferri.quod ex
preſſius tenet h gl.in ꝟ.preſtare.in fine. Et aduerte ad aliud ſingulare
ꝙ ſi non talib᷒ perſonis fuerit facta prouiſio ē ipſo iure nulla. vt h in
dicto ꝟſ.vt aūt.in fi iuncta gl.in ꝟ.attemptatū. Religioſi aūt talibus
hoſpitalib᷒ p̄fici non poſſunt niſi habeant curam aīarum que ꝯſiſtat
in poteſtate clauiū.q: religioſus non p̄t extra monaſteriū intitulari.
niſi propter curam.de regu.ſuper eo.⁊ h no.glo.prealleg. Que omnia
tene menti.

Quid āt ſi hoſpitalia talia ſint mōſterio ſubiecta.vide ꝑ Fre.in ꝯſilijs ſu
is.⁊ tetigi in.c.qđ dei timorē.ſeu in.c.cū ad mōſteriū.de ſta.regul.

Non valet ꝯſuetudo vt hoſpitalia ꝯferant̄ clericis ſecularibꝰ in titulū tex.ſinglaris eſt hic in ꝟſ.vt aūt p̄miſſa iūcta gl.in ꝟ.reprobamus. In duobus tn̄ caſibꝰ ꝯtentis in dicto ꝟ.vt aūt.pn̄t in titulum ꝯferri. Primus eſt cū in illoꝝ fundatione fuit ħ ſtatutū. Scd̄s ē cū ꝑ electionem ꝓuidet̄ hoſpitali de rectore.tūc tn̄ electio eſt ꝑ ſuꝑiorem ꝯfirmanda.vt nō.glo.hic in ꝟ.electionē. Que aūt dicunt̄ in titulū ꝯferri.vide ħ in ꝟ. committatur.

An iſta hoſpitalia ꝯmittant̄ rectoribꝰ in perpetuū.id eſt ad vitā ipſorum rectoꝝ.an ꝟo ad tp̄s ſcꝫ q̄ꝫdiu placuerit ꝯmittenti.vide ħ bo.gl.in ver ꝯmittat̄.q̄ ponit opīones. Nā quidā vt Inno.ꝙ ad tp̄us ad inſtar tutoꝝ ⁊ curatoꝝ.⁊ ideo ꝓhibet̄ hic ne ꝯferant̄ in beneficiū. qꝛ beneficia de ſui natura ſūt ꝑpetua.lvi.di.p̄cepta. Gloſatoꝛ dicit ꝙ hanc lecturā nō recipit ꝯſuetudo. Et ꝙ hodie ſic̄ olim inſtituant̄ ꝑpetui rectores ī talibꝰ locis. vide ħ ꝑ Jo.de lig.q̄ dicit ꝙ ex cauſis leuibꝰ pn̄t tales remoueri.⁊ latius ꝑ eū hic.

Rectores hoſpitaliū ad inſtar tutoꝝ ⁊ curatoꝝ iuramentū p̄ſtare. et de locoꝝ ipſoꝝ bonis inuentaria ꝯficere.⁊ his q̄bus ſubſūt loca hmōi. vel deputandis ab eis annis ſingulis de admiſtratione ſua teneant̄ reddē rōnem.vt ē ħ tex.nōbilis in ver.vt aūt.in ſi.

Qualia aūt iuramēta p̄ſtāt tutores ⁊ curatores. vide ħ gl.in ꝟ.tutorū.

An rectores hoſpitaliū teneant̄ ſatiſdare.vide ꝑ gl. hic in ver.p̄ſtare.q̄ ꝯcludit ꝙ nō ad inſtar tutoꝝ q̄ ex inq̄ſitiōe dant̄. Etſi tales eēnt ſuſpecti nō debent eis hoſpitalia ꝯferri.vt ħ in tex.⁊ gl.p̄alle.

Nō ſolū de bonis mobilibꝰ ẜ etiā immobilibꝰ dꝫ inuētariū ꝯfici.vide ħ gl.in ver.bonis. Et formas diuerſoꝝ inuētarioꝝ.vide in ſpe.de inſtr. edi.§.ſi.ad quē gl.hic ſe remittit in ver.inuentaria.

An iſti rectores hoſpitaliū teneant̄ reddē rōnem etiā nō petitā. vide hic bo.gl.ī ver.annis ſingulis.q̄ ꝯcludit ſatis eē ꝙ req̄ſiti rōeꝫ reddant. quā gl.bn̄ nō.iūcto tex.ad ſiles q̄ōnes. cū q̄s artat̄ ꝑ ſtatutū reddere annis ſingulis rōeꝫ. Et adūte qꝛ hāc rōeꝫ nō tenent̄ reddē orphanis ſeu pauꝑibꝰ.ẜ ordinariȷ̄s q̄bꝰ ſbſunt.vt in.tex.⁊ in gl.in ꝟ.reddē rōeꝫ.

Prouiſio fc̄a clericis ſecularibꝰ de hoſpitalibꝰ in beneficiū.exceptis duobus caſibꝰ hic exceptiſ ē ipſo iure nlla. Item ſi fit nō in bn̄ficiū ꝑſoniſ nō habentibꝰ q̄litateſ hic ī tex.ꝯtentas.q̄s.ſ̄.ſtuli. Ad ħ vide tex hic in ver.vt aūt.iūcta gl.in ver.attemptatū.⁊ ħ nō.

Ꝗ hic cauet̄ de ſuppletione ordinarioꝝ.⁊ ꝙ hoſpitalia nō ꝯferant̄ ī titulū de iuramēto p̄ſtando a rectoribꝰ.⁊ rōne reddenda.⁊ inuentario cōficiendo.locū non hꝫ ī hoſpitalibus militarium ordinum ⁊ aliorum religioſorum.debet tamen in eis obſeruari qd̄ hic dicit̄ in.§.premiſſa. vide hic glo.in ꝟ.p̄miſſa.

Hoſpitalia q̄ ꝯſueuerūt ab antiq̄ habere altare vel altaria et cimiteriū ⁊ pᷣſbr̄os celebrātes. ⁊ ſacr̄a eccl̄iaſtica paupib⁹ miſtrātes. defendi dn̄t ⁊ ꝯſeruari in illa antiq̄ ꝯſuetudīe. Ceſſante aūt antiq̄ ꝯſuetudine tūc hoſpitalia ⁊ ipſoꝝ familie. ⁊ pauperes inibi degētes ſūt de parochia eccl̄ie in q̄ ſita ſunt. ita ꝙ parochiales rectores de iure cōi miniſtrabūt ſacr̄a. vide h̄ tex. nōbilē in fi. iuncta gl. in ṽ. parochiales.

An hoſpitale poſſit erigi ⁊ edificari ſine auc̄te ep̄i. vide h̄ bo. glo. in ṽ. altare q̄ ꝯcludit ꝙ ad h̄ vt religioſū ⁊ perpetuū ſit req̄rit auc̄tas ep̄i preſertim vt habeat altare vel altaria ⁊ cimiteriū ⁊ aliqđ ius parochiale. ſi enī intꝰceſſit ep̄i auctoritas. tūc cum ſit religioſū. vt in. c. ad hec. ⁊. c. q2. de reli. do. poterit ꝯcedi ꝑ ep̄um altare. cimiteriū. ⁊ ius parochiale. ar. in. c. ij. §. de p̄ben. in cle. De iure aūt ꝯmuni iſta nō ꝯpetūt hoſpitali. Si aūt intꝰceſſit auc̄tas ep̄i tūc nō eſt r̄ligioſū nec ꝑpetuū. ꝫ eſt in libera facultate edificātis. p̄t eniꝫ q̄libet domū ſuā vel partē dom⁹ ad hoſpitalitatē paupeꝝ diſponere. ⁊ penitere q̄ñcunqꝫ. Et vide h̄ nōbiliter ꝑ Inno. in. c. int̄ dilectos. de dona. ⁊ facit. c. vnicuiqꝫ fideliū. đ ꝯſe. di. i.

## Rꝫ De Jure patronatus

## Cle. Ut conſtitutio:

Appell'one dioceſanoꝝ in mā noua. nō veniunt inferiores p̄lati. liꝫ habeant ordinariā. vide h̄ gl. in ṽ. dioceſanis q̄ q̄tidie ſolet allegari. Siīis gl. ē in cle. i. de vi. ⁊ ho. cle. ꝫ tu limita oīo vt dixi in cle. i. de fo. ꝯpe.

Si aliq̄d ꝑ legē viuā ꝗ mortuā ſub certa forma ſiue cl'a decreti irritātis mandat al's hn̄ti ptātem. tranſgreſſio p̄cepti nō viciat actū. ſecuſ ſi ſit non habenti ptātez. ꝫ ex nouo mādato illā recipienti. ita ſingl'r voluit hic gl. in ṽ. inhibeñ. ⁊ p̄muꝫ diſtinctionis membꝛū. ꝓbat in. c. dilect⁹. ij. de p̄ben. ⁊. c. ſi ſoli. de ꝯceſſ. p̄bē. li. vi. /zᵐ ꝓbat in. d. c. ſi ſoli. ⁊. c. cū dilecta. de Rꝫp. ⁊. c. venerabili. de offi. dele. h̄ veꝝ ñ ꝓhibitio habeat ꝑpetuam ꝓhibitionis cām. vt in. l. nō dubiū. C. de legi. ⁊. x. di. vides. ⁊ h̄ voluit p̄al. gl. in fi. ſui. quā nō multū. Et de h̄ vltimo vide qđ nō. gl. in. c. tua. de ſpo. duo.

Clementinē iſtius diſpoſitio locū nō hꝫ in q̄buſlibet religioſis ⁊ clericis hn̄tibus ius pñtandi dūtaxat. q2 tunc rector non ꝑtem ꝫ oēs ꝓuent⁹ haberet. ꝫ locū obtinet in hn̄tib⁹ pñtationē vna cum dominio temporalium. vt in. §. ſane. ſatis innuit. ⁊ hoc voluit glo. hic in ver. ius preſentandi.

Perditio electionis alic⁹ actus p̄t dici pena illi q̄ taleꝫ optionem ꝑdit. h̄ innuit iſte tex. iuncta gl. in ṽ. in penā. et h̄ nō Hn̄s enī vnū modum ꝑ quē diſpō p̄t dici penal'. Idē dic ī retractione act⁹ in odiū agētis inducta. vt ē tex. iūcta gl. ī. c. ꝯgnoſcētes. de ꝯſti. ⁊ ī. c. decꝫ. de immu. ecc. li. vi

Ubicūq̧ ꝑ aliquē actū onerat̄ per ſupiorez ↄſciā ↄmiſſarij. nō pōt de iuſticia vel iniuſticia actus.referri ſibi queſtio.etſi appellaret̄ nō tenetur ↄmiſſarius appellationi deferre.vt ē hic gl.notabilis in verbo oneramus.⁊ idē nōt gl.notabilis in.c.ſtatutū.§.aſſeſſorē. de ℞ptl.li.vi. vnū tñ ſingularit̄ addit gl.hic.ꝙ licet appellatio iſto cāu nō deferat ſeu deuoluat cauſaz ad ſupiorē nec ſuſpēdat ptātē ↄmiſſarij exquo ſue ↄſcientie relictū ē.ſuperior tñ ad quē ē appellatū emēdabit qđ male fcm̄ ē ar.c.paſtoralis.de appel.⁊ ſic appellatio nō ē oīno fruſtratoria h̄ caſu. ⁊ habes moduz ſingularē īpugnādi ꝓceſſuz iniuſtuz illius cuius cōſciētie negociū ↄmiſſuz fuit.⁊ neſcio alibi iſtā gl.

Cle. Plures ab vno

Eū qui ad dotē eccleſie aliquid poſuit ita patronū effici.ſicut illū q̄ pluſ ↄtulit.Jta dicit gl.magna hic.⁊ ꝑncipalit̄ poſuit gl.notabilis h̄.lxiij.di.c.i.Puto tñ ꝙ pinguior ſit vox illius qui pluſ ↄtulit.ſicut in ſili dicit hic gl.in plurib' heredib' vni' patroni ex ineq̄libus partib'. vt pinguior ſit illi' vox qui plus h̄z in hereditate.quod nō.

Heres vni' patroni habētis vnā vocē.habebit vnā vocē. Si aūt eſt heres duoꝝ habentiū duas voces habebit pariter duas voces. et ſic đ ſimilibus.vide hic ꝑ glo.magnā iuncto textu.

An pronus hēat pn̄tare clericū ſicut pn̄tat rectorē.vide h̄ gl.i ℣.rectoris q̄ ſentit ꝙ ſic.lꝫ dicat de h̄ eē opiniōes i.c.poſtulaſti.eo.ti.vbi vide.

Plures patroni pn̄t īter ſe libere querere de p̄ſentādo rectorē alt̄nis vicibus.vt ē hic tex.ſingularis.Et ꝑ h̄ verbū libere poſitū in tex.arguit hic gl.notabilis in ℣.libere.ꝙ h̄ fieri poterit ſine ſupioris auc̄te. Jtez ſiue vacat eccleſia tp̄e ↄuentionis ſiue nō.et hec nō pro ītellectu iſtiuſ verbi libere.vt excludat alterius ↄſenſuz et ſolennitatē.Jdē nō. in.c. licet ep̄us.de preben.li.vi.⁊ in.c.de multa.eo.ti.

Patroni pluriū eccleſiaꝝ pn̄t inter ſe illa iura diuidere.vt ſcꝫ vn' ſit patronus in vna.alius in alia.Licet ſecus ſit in patronatu liberoꝝ.Talis enī patronat' inter patronos diuidi nō pōt.Licet alimentoꝝ p̄ſtatiōes diuidē pn̄t.ff.famil.her.l.q̄dam.⁊ de alimē.lega.l.iij. ⁊ h̄ ido qꝛ fortius eſt ius patronat' liberoꝝ q̄ eccleſiaꝝ.vn̄ illđ nō alienat̄.iſtud ſic.Jllud trāſit in ſuos.etiā nō heredes.ff.de iu.patro.l.filij.Jſtud nō h̄ notanter voluit hic gl. ꝑalle.in ℣.libere.et vide qđ nō.de p̄dictis i c.i.et.c cū ſeculū.de iu.pa.et pro priori dicto facit qꝛ ſicut ꝑmutat̄ patronatus cū patronatu.vt nō.i dcō.c.cū ſcl'm.Jta ꝑs patronat' vni' eccleſie cum parte quā habet cōpatronus in alia.vt qđ iurl.de toto. ⁊c.et hoc voluit prealle.gl.in fine.quod nō.et pro his oībus facit iſte tex.in ſcđa ꝑte.et aduerte.qꝛ in ꝑmutatione nō req̄rit̄ conſenſus epi

Licet sec⁹ ſit in donatione ſieda ſeculari pſone.⁊ pro h.c.i.eo.ti.li.vi.⁊ vide hic bo.gl.in verbo relicti.quã nõ.⁊ ſatis facit iſte tex.in ar.i ſcda parte.iuncta gl.in verbo libere.

Patronus pt hodie pñtare nedũ plures ſucceſſiue ƺ etiã ſil.optio tñ eli gẽdi ex illis vnũ.dat epo.nec pt patron⁹ magis inſtare p vno ꝙ̃ pro alio.vide hic tex.ſingularẽ.iũcta gl i ꝟ.pñtare.⁊ h intellige in patro/ no laico.vel in clerico pñtante iure patrimonij.ſecus ſi pñtat rõne ec cleſie.tũc ei nõ admittit in eo talis variatio.vide hic gl.palle.i fine iũ

Poteſt patronus plures pñtare altnatiue.liz ele ¶ cto tex.i.c.cũ ãt.e.ti. ctio alternatiue fieri nõ poſſit.vt i.c.ij.d elec.li.vi.vide gl.h i ꝟ.pñtare

Dictio plures licet ad minus ↄphendat duos vt in regula pluralis.de regu.iur.li.vi. Poteſt tñ ↄprehẽdere ꝙcunqꝫ.in q̃bus ſit eadem ratio vt notãter dicit hic gl.in ꝟ.plures.tã i pncipio quã in fine.

De dictione plurima.vide bonũ tex.in.c.chriſtiano.xxiiij.di. ↄprehẽdit eni ex ꝓprio ſignificato vltra duos.ꝛc̃.dic vt ibi.

## R. ¶ De Cenſibus exactionibus et procurationibus

### Cle.i. Cum ſit nature conſonum

Conſtitutio noua loquẽs de religioſis.nõ vẽdicat ſibi locũ.in alijs ſup ple. Licet ſit eadẽ ratio.qꝛ aĺs nõ ſieret dubiũ.vide hic gl i ꝟ.religioſi quã nõ.ƺ vide tu gl.et quod ibi dixi.i cle.i.de Reptis.

Qui ex pacto tenet ad iura epalia.tenet etiã ad ꝓcurationẽ.vide h tex. i ar.iũcta gl.i ꝟbo epalia.ƺ vide tex.i.c.ↄquerẽte.de offi.oꝛ.

Nota ꝙ Cõciliũ viennẽ.in q̃ fuerũt edite plurime ex iſtis clementinis nõ durauit niſi per ſex mẽſes.et pap vltra.vide hic gl.in ꝟ.i poſtex.

Poteſt papa ꝓuilegiũ eccleſijs ↄceſſuz tollere.ſeu decurtare. vt hic in ſi. iũcta glo.ſi.vide tamẽ qd legit ⁊ nõ.in.c.nulli.de ſen.ex.

### Cle ii Ad noſtrum

Nõ valet ↄpoſitio per quã tollit ꝓcuratio debita viſitãti. Sicut eni viſi tatio ꝑ ↄpoſitionẽ tolli nõ põt. Jta nec ipa ꝓcuratio.viſitationi anne xa.ar.i.c.cũ ex officij.de pſcriptio.ƺ ↄpoſitio facta ſup mõ procurandi vel nnmero ꝓcurandoꝝ.bñ valet.⁊ h modo põt intelligi tex.iſte. hoc voluit gl.nõbilis hic.ſup ꝟbo ↄpoſitõnes quã nota.

Boni paſtoris ẽ tõdere pecus.nõ deglutire.ƺ refert quidã ſapiẽtiſſi/ mus ꝙ tiberius ſuadẽtibus pſidibus prouincias onerari tributo re ſcripſit.ꝛc̃.vide hic gl.i ver.ↄſumit.

Qd ſtatuit in religioſis certi ordinis extẽdat ad alios religioſos ex ra/ tionis identitate.vide h bo.gl.i ꝟbo ſupdicta. Jn ↄtrariũ tñ facit tex

iuncta gl.i.c.ꝯſtitutioné.de regu.li.vi. Sl.tñ in cle.ne in agro.de ſtatu regu.facit pro et ꝯtra. Pro ytalicoꝝ ꝑuerbio vide hic gl.in verbo gratioſe.que dicit nõ reſpiciédũ denté equi donati. ⁊ facit quod in ſimili habetur in.l.ad res donatas.ff.de edi.edict.

Appellatione fragmentoꝝ nõ veniunt ea que itegra remanſerũt in menſa.dicunt̃ eñi fragméta a frãgo frãgis.et ſic ꝯprehédit ea que fracta ſũt vide hic bo.glo.in ver.fragmenta.

Prelatus ꝓcurationé recipiés ex debito poteſt paupibus erogare fragméta.que tã in menſa ꝓpria q̃ꝫ familiariũ ſuoꝝ colligunt̃. Si aũt ꝓcurator gratioſe.qꝛ nõ declinauit ad locũ pro viſitationis officio exercédo.é dubiũ nunq̃d ħ idé poſſit.gl.tñ ſub dubio forte videt̃ tené ꝙ idé ſit qd in ꝑcedẽti caſu.q̃ſi fragméta ipa videãt̃ eſſe largita.hoc voluit gl.notabilis hic ſuꝑ verbo.colligunt̃. Ex quo videt̃ idé dicédum in priuat.familiarit̃ et gratioſe receptis.ex idẽtitate racioniſ. Sꝫ ego dubito tam in ꝑlatis q̃ꝫ i ꝑuatis.qꝛ recipiẽſ gr̃oſe ad prãdiũ.vr̃ velle ſoluꝫ donare q̃ꝫtum recepti ꝯſumere pñt ꝑ ſe.nõ aũt oĩa que apponũt̃ ante eos.cũ plura ſoleãt cã honoris apponi q̃ꝫ ſint neceſſaria ad ꝯmeſtioné.vñ duꝑ vr̃ ꝙ iuitatus ſeu gratioſe recepť poſſit dare paupibꝰ fragméta q̃ ſupſunt. Cũ vxor q̃ videt̃ dña domus nõ poſſit dare elemoſinã de rebus mariti inuito marito.vt nõ.i.c.admonere.xxxiij.q.ij

## Cle.ſi Preſenti conſtitutione

Verbuꝫ iubeo eſt ꝑceptiuum.⁊ obligat ex precepto.vide gl.hic in v̱.iubemꝰ.⁊ ꝑ ꝯñs infert̃ ꝙ prelati nõ obſeruãtes huiꝰ cle.diſpoſitioné peccant mortalit̃.vt i.c.quod precipit̃.xiiij.q.i.iũcto.c.ij.de ma.et obe.etiã laici ſoluere ñ dñt vectigalia pro rebus quas ad vſuꝫ ꝓpriũ deferũt. vt.l.vniuerſi.C.de vectiga.⁊ cõmiſ.⁊ vide hic gl.i ver.proprijs.dic tñ ꝙ i fauorem laicoꝝ non ſunt pene hic adiecte.vt i.c.quanq̃ꝫ.de cenſi.li vi.prouide. Sed i fauorem clericoꝝ ceterorum tantuꝫ.vt hic ⁊ dicto.c. quanq̃ꝫ.⁊ multos alios caſus i quibus vectigalia non ſoluunt̃.vide per nõ.in.l.iiij.ff.de publica. Ad quã glo.hic ſe remittit.

Eccleſie ⁊ clerici tenent̃ ſoluere vectigalia pro rebus quas deferũt ſeu deferri faciunt cauſa negociandi.vide hic tex.a ꝯtrario.⁊ i.c.quanq̃ꝫ de cenſi.li.vi.⁊ bo.glo.hic in verbo nõ negociandi. vide tamen ꝑ Fre de Senis in opere cõſiliorum ſuorum.

Si iter clericũ deferenté bona ꝓpria vel eccleſie ⁊ leuatoré pedagij é contentio.vt qꝛ iſte negat eũ clericũ.vel dicit res deferri negotiatõis cã. qꝛ graue eẽt iudicé ſemꝑ adiri pro fide huiꝰrei facienda,debet huius ꝯtentio ꝯmitti iuraméto deferentium.vel ſuoꝝ nuncioꝝ. ſi qualitas perſonaꝝ nõ diſſuadeat.vel niſi de contrario fides haberet̃ i ꝓmptu

facit.c.ſi.de iureiurl.⁊ quod me.cã.c.vlti.⁊ quo ad ꝑſonã videt̃ ſuffice re ſi ſit in habitu et tonſura clericali.per decre.Si iudex de ſen.ex.lib. vi.hoc vult glo.notabilis hic in verbo nõ negociãdi.Ex predictiſ no ta ſingulariter caſum in quo ſtatur iuramento partis abſq3 alia pro batione.⁊ hoc ꝓpter difficultatẽ probandi.

Recipiẽtes vectigalia a clericis.ſponte ſoluẽtibus.nõ incidũt in penaſ de quibus hic.et in.c.quanq3.eo.ti.li.vi.per tex.ibi.exigunt vel extor/ quent.Et hoc voluit hic glo.in ver.extorquent.

Ex forſan tota ytalia interdicta eſt.quia in ipſius ciuitatibus exigunt̃ vectigalia a clericis ⁊ eccleſijs.ꝯtra diſpoſitionem iſtius cle.⁊ dicti.c. quanq3.e.ti.li.vi.Hoc voluit gl.in ver.ĩterdicti.quã ſingularit̃ nõ ⁊ ꝑ ꝯſequens etiã infero ꝙ omẽs clerici palam celebrãtes in dictis Ciui tatibus ſic interdictis ſunt irregulares.ꝑ.c.is qui.de ſen.ex.li.vi.

Nõ debz iudex declarare quẽ incidiſſe in penã ꝯſtitutiõis.illo ꝑus non vocato.vt ſcilicet habeat facultatẽ ſe defendẽdi ſi vellz negare ſe ĩ pe naz ĩcidiſſe.vide hic tex.iũcta gl.nõbili in ỽbo ꝯſtiterit.⁊ ſilr̃s gl.ẽ ĩ cle ij.de penis.ĩ ỽbo ꝯſtiterit.⁊ ſcias ꝙ lz al's a pena legis licitũ ñ ſit ap/ pellare.vt in.c.q2 de appella.tñ a ſnĩa iudicis declarãtis quẽ incidiſſe in penã legis appellari põt.q2 illa ẽ ſnĩa homĩs ⁊ nõ legis.vt dicit gl nõbilis.ĩ.c.cupiẽtes.§.ꝙ ſi per.xx.de elect.li.vi.Et ꝙ requirat̃ declara tio anq3 fiat legis executio.ẽ tex.nõbilis in.c.cũ ſcdz leges.de hẽti.lib vi.⁊ ꝑ bar.ĩ.l.ei'q̃ delatorẽ.ff.de iure fiſci.hec puto vera ñ ꝯſtare poſſz iudici.ſaltẽ ꝑſumptõe legitima illũ incidiſſe ĩ penã.vtputa q2 citatus ſb pena vt ꝯpareat certo die ñ cõparuit.nã ꝑſumit̃ ꝯtumax.⁊ ilico po terit iudex eo nõ ꝯparente ĩ termino declarare illũ cõtumacẽ.et pena ꝯtumacie afficere abſq3 alia citatione.Licet ille poſſit ſe defendendo. allegare cauſaz ꝓbabilẽ q̃re cõparere nõ potuit.H̃ ꝓbat̃ ĩ.c.certũ.xi.q iij.et ĩ.c.i.de iudi.⁊.c.querelã.de ꝓcurl.et optime facit qd̃ nõ.bar.in.l. ſi finita.§.iulian'.ff.de dam.infec.vbi dicit̃ nõ valuiſſe punitionẽ con tumacis per iudicẽ factã.quia in actis nõ ꝯſtabat illũ fuiſſe citatum: cũ nuncius nõdum feciſſet relationẽ.ſecus ergo ſi nũcius prius feciſ ſet relationẽ.Nã dicit̃ ꝯtumax verus qui apprehenſus per citationez in t̃mino ꝑfixo.nõ ꝯparuit.vt nõ.ĩ cle.vnica.de do.⁊ cõtu.in glo.vbi plene dixi.⁊ exquo in actis nõ apparet de cõparatione.preſumit̃ non facta.iuxta ea que legũtur ⁊ notãtur.in.c.quoniã ꝯtra.de probatl.Et id quod ꝯſtat ex actis dicit̃ notoriũ.vt in.c.cũ olim.de ỽ.ſig.facit.l.pe nulti.C.de ſen.que ſine certa quan.facit ad predicta.c.cuz olim.de re. iudi.cũ ibi notatis.⁊ quod nõ.bar.in.l.i.ff.ſi cer.pe.et hic nõ.

Etiam nõ conquerẽte eo qui exactus ſoluit vectigal poteſt ſuperior vo/ cato exactore ꝓcedẽ ad declarationẽ penaꝝ hic ꝯtentaꝝ.vide glo.hic in verbo cõſtiterit.

Ubicūq; quis tenetur aliquid reſtituere nō ſufficit cauere de reſtituen do. vide hic glo. in ver. reſtituerint.

## R. ¶ De celebratione miſſarum et aliis diuinis officiis.

## Cle. Graui nimirum turbatione

Quod clerici nō bñficiati nō obligāt ad horas canonicas. ar. hic in ver. ecclesiaꝝ miniſtri. et vide hic gl. in ver. miniſtri. quod ītellige de ꝯſtitutis in minorib⁹ ordinibus. de quo plene nō. in. c. i. de cele. miſſ.

Miſſa nō ē de ſeptē horis canonicis q̄ ex neceſſitate ꝑ clericos pſalli ſeu dici debēt q̄libet die. vt i. c. i. cū ibi notatis. de cele. miſſ. qđ pꝫ etiaꝫ ex eo. qꝛ etiā epi de honeſtate inuitant ad illas dicēdas vel audiēdas. de priuil. c. fi. li. vi. h̄ ponit gl. hic in ver̄bo canonicas. quā ſingulariter nō. pſertim ad ītellectū p̄alle. c. fi. vt de honeſtate. nō autē de neceſſitate te neat epus quolibet die miſſam audire vel dicere. et per ꝯñs nō peccat epus quolibꝫ die nō audiēdo. ad h̄ qđ habet. iiij. di. §. hec et ſi legibus. et p Inno. in. c. i. de vi. et ho. cle. niſi ex ꝯtemptu h̄ faceret. ad hoc gl. notabilis i. c. quis autē. x. di. que dicit nō ſeruantē leges ex ꝯſilio loquē tes nō peccare. niſi hoc faciat ex cōtemptu. quod nō. fortius ergo idē dicēm in prelatis inferiorib⁹ vt nō peccēt miſſas nō audiēdo quolibet die. et quanq; miſſa nō ſit de horis canonicis. ſolēt tñ pro miſſis et ho ris canōicis diſtributōes iſtitui. vt nō. p̄al. gl. et alī. §. de reli. et ve. ſāc. cle. i

Scdm pitagoram duoꝝ tpoꝝ cura habēda eſt. ſcilicet mane et veſperi. i eorū que acturi ſumus. et eoꝝ que geſſimus. no. hic glo. p̄alle. in ver bo canonicas. in fine.

De omni verbo ocioſo reddituri ſumus i die iudicij rationem. vide hic gl. i ver. vana. tex. ē notabilis Hieronimi i. c. penul. xxij. q. vlt. quē vide quia etiā alia plura dicit

Rationabilis cauſa exeundi choꝝ ante finē officij eſt. ſi ſpiritus eēt ni miū fatigatus. et recreationis cauſa. Itē ſi infirmitas vel iuſta occu patio ſupueniret. vide hic tex. iuncta gl. in verbo rationabili. quā nō. iūcto tex. et vide lati⁹ notata in. c. dolentes. eo. ti.

Etiam laici miſſas audientes ante finē et benedictionē ſacerdotis exi re nō dñt. de cōſe. di. i. miſſas. Nō hic gl. in ver. exeūdo. qđ ītellige qñ ex p̄cepto miſſa audit. vtputa diebus dominicis vel ſolennib⁹. et ita lo quit dēm. c. miſſas. cū ſequēti. alī ſecus. qꝛ cū tūc omittēdo. nō peccat fortius idē dicēdum erit ſi exit añ finē. vt nō. i. c. quis autem. x. di.

Seneca ad Luciliū Epla. xviij. feſtiuis maxime diebus animo imperā dum ē. vt tūc a voluptatibus ſolus abſtineat. cū i illis omnis turba ꝓcubuerit. vide h̄ gl. i ver. vigilijs.

Chorea dicit a choro. qꝛ chorisantes in ſuis ludicris. cātilenis et ſaltib⁹

quodāmodo tenēt chorꝫ. vide hic gl. in ꝟbo choreas.
Vaſa. veſtimēta et cetera ornamēta ad diuinū cultum neceſſaria. ſi dñt eē nimis vilis p̄cij ſeu extimationis ſꝫ decētia pēſat ecclesiaꝝ faculta tibus. vide hic tex. in ꝗ in multis. iūcta gl. in ꝟbo in decētibus.
De iuriſdictione minoꝝ p̄latoꝝ dioceſani ſe nō itromittūt. niſi in cāu ne gligētie. et ſic nō ↄcurrūt cū illis. vide hic bo. tex. in ꝗ. ne igitur. iuncta gl. nōbili in verbo īualeſcant. quā diligenter nota. ⁊ vide qđ nō. in. c. q̄to. ⁊. c. cū ab eccleſiaꝝ. de offi. ord.
In eccleſijs cathedralibꝰ collegiatis debēt debitis horis pulſari et pſal li hore canonice. In alijs aūt eccleſijs nō collegiatis dꝫ ↄuenienter ⁊ debite celebrari officiū diuinū. diurnū parit̄ et nocturnū. quaſi dicere velit ꝙ ī illis eccleſijs nō eſt opus vt officiū cantet̄. ſꝫ ꝙ debite aſs di/cat̄ vide ad p̄dicta ſꝫ in tex. ī ꝟſi. ne igit̄. iūcta glo. in ꝟ. debitis.

## Cle. Dignum prorſus

Appellatione pontificū nō veniūt electi in ep̄os et cōfirmati. niſi et. ſint ↄſecrati. etiā in ↄceſſione p̄uilegioꝝ. vide hic tex. iūcta gl. notabili ī ꝟ. pōtificum. Cōtrariū videt̄ ſentire gl. in cle. i. de fo. ↄpe. in verbo epis. dic ↄcordādo vt ibi dixi.
Religioſi domeſtici cōmenſales cardinaliū et ep̄oꝝ licꝫ valeāt ipſis car dinalibꝰ et epis in diuinis officijs ſe coaptare. nō tn̄ in alijs intellige ↄtra eoꝝ regulā. vide hic tex. iūcta gl. in ꝟ. officijs.
Religioſus prelatus eccleſie ſecularis debet illaꝫ regere ſecundū offiti/um clericale nō autē monachale. et ſic coaptat ſe in diuinis officijs il li eccleſie ad quā trāſlatus eſt. vide hic bonā gl. in verbo licite. que al/legat multas alias cōcordantias. et optime pro ſꝫ dicto facit ratio. c. illa. xij. di. ad q̄cunqꝫ eccleſiā acceſſeris eius ↄſuetudineꝫ ſerua. ſi non vis eſſe cuiq̄ ſcandalū nec quenq̄ tibi. vt ibi latius habet̄.
Clericus domeſticus ↄmenſalis alicuius prelati nō poteſt ī diuinis of ficijs ſe illi coaptare. Fallit fauore cardinaliū et epiſcopoꝝ. cū ex ſpeci ali indulgentia hoc illis ↄcedatur. ſecus ergo de iure cōmuni. vt hic ī fine littere. iūcta gl. in ver. indulgemus. Priuilegiū autē vni ↄceſſum nō dꝫ ad alias p̄ſonas trahi. vt in. c. ſane. de priuile. et. c. petiſti. vij. q. i.

## R. De Baptiſmo et eius effectu

## Cle. ii Preſenti prohibemus

Aula dicit̄ ſala vel ſpacioſū habitaculū cōmuniter habens alas q̄tuor vide hic gl. in verbo Aulis. qđ nō ad ſtatum.
Quis dicat̄ p̄nceps maxīe ī p̄uilegio p̄ncipibꝰ tributo. Et vnde dicatur

vide hic glo.notabilem et ſatis plenã in verbo regũ.q̃ in effectu dicit
q̈tuoꝛ. Primo ꝙ p̃t ſumi large.⁊ tũc ponit̃ pro q̈libet habẽte dominiũ
ſeu dominationẽ populi.⁊ ſic q̈libet habẽs aliquã baroniam põt dici
p̃nceps.⁊ pꝛobat̃ h̃ ex et ;imologia vocabuli. Dicit̃ ei p̃nceps a p̃mũ
et capio.q̃ſi p̃mũ capiẽs locũ ſeu dignitatẽ. et pꝛobatur in ſimili in.c.
q̃uis.de ꝟ.ſig.vbi dicitur ꝙ large ſcd̃m ethimologiã vocabuli quili/
bet q̃ pꝛeeſt poteſt dici pꝛepoſitus.⁊c̃.vt hic. Hinc ẽ ꝙ deus appellatuꝛ
p̃nceps.yſaie ix.vbi dicit̃ deus foꝛtis.pater futuri ſeculi. p̃nceps pa/
cis. Intdũ ãgelus de ſe dicẽs. Joſue ix. Ego ſuꝫ p̃nceps exercit⁹ Int̃
dum papa de ꝯſe.di.i.coꝛꝑa. Interdũ Ep̃i de ma.et obe. ſi q̈s. vel alij
iudices eccl̃iaſtici.xvij.q.iiij.diffiniuit. Itẽ Impatoꝛ.de re iudi.ad apo
ſtolice.i p̃ncipio. Itẽ ali⁹ p̃ncipãs populo.de ma.et obe.oẽs p̃ncipes.
Itẽ apes et grues dicũt̃ hr̃e p̃ncipẽ.vij.q.i.i apibus. Scd̃o p̃ncipalit̃
p̃t dici ⁊ ſumi ſtricte.put ẽ p̃ncipat⁹ q̃daꝫ dignitas ſcl̃aris ſic vocata
vt p̃ncipatus achaie.ſalerni.⁊ tarrati.⁊ his ſimiles.⁊ ſic ſumit̃ i.c.fũ
damẽta.§.vt ergo.de elec.li.vi. Loquẽs ei de Impatoꝛe et rege ⁊ p̃nci
pe ſũmittit ꝺ Marchiõe Duce Comite ⁊ Barone vl̃ alio nõbili potẽ
tatu ꝑ qꝺ videt̃ ex oꝛdine lr̃e ꝙ p̃nceps maioꝛ ſit p̃dictis Marchione
duce ⁊ ſiĩibus.⁊ nõ ex hac parte gl.ꝙ valet argumẽtũ ab oꝛdine lr̃e.
vt p̃mo noĩatus cenſeat̃ dignioꝛ.et vide aliã bo.gl.in.c.quoꝛũdaꝫ.de
elec.li.vi.⁊ ex illa lr̃a ſumpto hoc argumẽto põt notari ꝙ marchio ſit
dignioꝛ duce cũ nominet̃ ante ducẽ.ꝫ tu vide tex.in li.feu.in titulo q̃ſ
dicat̃ dux.marchio.comes. Capitaneus vel valuaſſoꝛ.vbi tam in ru/
bꝛo q̃ꝫ in nigro p̄ponitur marchioni dux.⁊ ibi habet̃ qui dicant̃ taleſ
et ꝑ gl.in dẽo.c.fundamẽta in ꝟ.marchio.⁊ vide etiã ibi gl.in ver. p̃n
ceps.et in h̃ cogita. Redeo ad gl.iſtam que tercio p̃ncipaliter dicit ꝙ
poteſt ſumi pꝛincipatus nec ita large nec ita ſtricte vt ſup̃ ꝓ notabili
potentatu.merito cõparãdo regie dignitati.facit pꝛealle.decre. fũda
menta in fine.⁊ h̃ mõ putat gl.noſtra capi in iſto tex.quaſi dicat non
eẽ veriſil̃e ꝙ capiat̃ ita large vt veniat q̈libet hñs baroniã cũ nimis
laxaret̃ hec lr̃a.nec videt̃ de ipius ĩtentione cũ poſt reges ſummiſit ꝺ
p̃ncipib⁹.vñ veriſil̃e eſt ꝙ voluit ꝯpꝛehẽdere magnos p̃ncipes Regi/
bus fere eq̈parandos. Nec etiã ẽ veriſil̃e ꝙ voluerit ſtricte intelligere
vt ſolũ ꝯpꝛehẽdat hñtes dignitatẽ p̃ncipatus.vt ſic excludantur alij
magni duces. Marchiones et Comites.qui merito ex magno poten
tatu pñt p̃ncipibus equiparari.habuit ergo tex.reſpc̃m ad magnuꝫ
potẽtatũ.⁊ ex his hẽs hãc gl.declarataꝫ vſq; ad ꝟſi.tyrãnos.ex q̃ ſin
gularit̃ nõ ꝙ i p̃uilegio ꝯtra ius ꝯceſſo nõ capiũt̃ ꝟba ita ſtricte vt ca
pi pñt.ꝫ debet ex ꝓbabilibus ꝯiecturis ꝯſiderari tacita mens diſpo/
nẽtis.et idẽ ego puto in ſtatutis et ſimilibus diſpõnibus.ar. huius
littere.i ıncta gl.quã ſingularit̃ nõbiſ. Quarto hic gl.q̃rit an p̃ncipeſ

tyranni includant̄ in diſpoſitione huius cle. Et ſimplicit̄ dic̄ ꝙ nō. qꝛ
tales nō merent̄ dici ꝑncipes. Nā vt habet̄ yſa.xxiij. Princeps ea que
ſūt digna ꝑncipe cogitat. ⁊ vt ait Grego. Tyrānus ē qui ī re publica
nō iure ꝑncipat̄. Et phs.v.politicoꝝ. Cū ꝑnceps tēdat ad bonuꝫ cōe.
tyrānus ad ꝓpriū. ergo nō ē ꝑnceps. ⁊ hec ſingularit̄ nō. qꝛ faciūt ad
multa. ⁊ pleniſſime de tyrāno vide per bar. in trac. de tyrāno.
Quanq̄ꝫ appellatōe liberoꝝ veniāt filij. nepotes. ⁊ deſcēdentes ab eiſ.
vt.l.liberoꝝ.ff.de ꝟ.ſig. Appellatiōe tñ filioꝝ regularit̄ nō ꝯphendunt̄
nepotes. ita nōnter dic̄ hic gl. in ꝟ.liberi. allat̄ Inſti. q̄ da.tu.poſ.ī fi. et
nō ī h̄ vl.gl. Et idē nō.gl.ī.l.filij.ff.de ꝟ.ſig. Sꝫ de materia vide tu lati
us ꝑ bar.in.l liberoꝝ.ꝑalle.dicit tñ gl.ꝑalle.ꝙ caſualit̄ ꝯprehendunt̄
nepotes.itelligēdo tñ deſcēdentes ex filijs maſculis.ff.de ſena.l. libe/
ros. ⁊ de penis. vbicūq̄ꝫ.li.vi.qꝺ nō. An autē appellatōe filioꝝ veniāt
filij ſeu nepotes ex filijs nāles.nō legitimi. Gl.ꝑalle.diſputat. Et tan
dem videt̄ ꝑ iura allegata ꝓ et cōtra ponere hāc Theoricā ꝙ quo ad
parentū reuerētiā bñ habet̄ ratio naturaliū tm̄.ſꝫ quo ad ꝯmoduꝫ li/
beroꝝ vel honores nō.ꝑ.l.cū legitime. ⁊ qꝺ ibi nō.ff.de ſta.ho. ⁊ nota
bñ hāc glo. Et vide ad mām qꝺ nō.bar.in.l.prouiciales.ff.de ꝟ.ſigni.
et in.l.fi.C.de indic.vidui.et qꝺ ibi dixi.in.c.fi.de penis.

## R. ¶ De Reliquiis et veneratione ſanctorum

### Cle. Si dominum in ſanctis eius

Urbanus papa quartus.natione gallic⁹.regnū Sicilie ꝯtra Māfredū
ꝯtulit Karolo.fratri regis Frācie.vt pꝫ in Cronicis. Ita no. hic gl.ī
ꝟ.vrbano. ⁊ dic ꝙ potuit h̄ ex iuſta cā facere.cū ſit de patrimonio bea
ti Petri.vt in.c.ad aplice.de re iudi.li.vi.

Multa in ſacr̄o corꝑis domini et eius ſanguis mirabilia denotant̄.pri/
mo eī denotat̄ mirabilis ꝓductio.qꝛ de celo nobis ꝓductū ē.et ad vo
cem ſacerdotis aperiunt̄ celi.⁊c̄.de ꝯſe.di.ij.quid ē ſanguis. Scđo no
tat̄ mirabilis multiplicatio.qꝛ q̊tidie ꝯficit̄ et ſumit̄ nec ꝯſumitur.de
ꝯſe.di.ij.in chriſto ſemel.et.c.qui māducat.ij. Tercio notat̄ mirabilis
miſtratio.qꝛ quo ad effectū ita ꝑ malos ſicut ꝑ bonos miniſtrat̄.i.q.i
intra catholicā.et.c.ſequeñ.vſq̄ꝫ ad.§.ſꝫ obijcitur.de cōſe.di.ij.vtrum.
Quarto notat̄ mirabilis ꝯfortatio qꝛ fulcit anime noſtre ſubſtātiam
et quotidie accipiēdus ē iſte panis vt quotidie ꝓſit de cōſe.di.ij.ñ iſte
panis. ⁊ q̄ de eo māducat in eternū nō deficit.ea.di.chriſtus panis ē.
⁊ q̄ ꝯtemnit vel negligit hūc panē ſumē debilitat̄. ⁊ cadit a ꝟtutib⁹.ꝺ
ꝯſe.di.ij. Si q̊tiēſcūq̄ꝫ.⁊.c.ſi q̄s ītrat.⁊° denotat̄ mirabil' mūdicia.qꝛ ſi
digne ⁊ a dignis ſumat̄ ꝓpinat mortis iudiciū.ꝺ ꝯſe.di.ij.q̄ ſceleſte.⁊
c.tiorē.⁊ cū buccella q̄m xp̄ſ ded' iude ītroiuit dya⁹ ī eū.ꝺ ꝯſe.di.ij.eſca

Sexto notat̃ mirabilis tranſſubñatio. q2 etiaȝ p̃ce iniuſti ſit tranſſub ſtantiatio virtute .ſ. verbi. nõ merito ſacerdotis .i. q. i. cũ ſcriptura. /Ad notat̃ mirabil' trãſmiſſio q2 trãſmittit̃ etiã ad defũctos. nõ ſumme ma los nec ſũme bonos. xiij. q. ij. nõ eſtimem⁹. ⁊. c. aĩe. Quedaȝ alia miran da ex ſequẽtib⁹ collige ẞ p⁹ theologos. ponit hec nõnter gl. in ẜ. mira bilia. q̃ etiã ponit figuras hoꝝ mirabiliũ.

Narrat Seneca lib. p̃mo de bñficijs. ꝙ cũ Socrati diſcipuli ei⁹ offerrent pulcra dona. Eſchines paup ei⁹ diſcipl's ſe ipm ſolũ obtulit. dicẽs. cete ri aũt pauca dederũt q2 meliora retinuerũt. ⁊c̃. vt ibi pulcre hẽtur. ⁊ vi de ẞ gl. i ẜ datore. ⁊ fcit ad ꝓpoſitũ h⁹ tex. in ẜſi. o ſingularis. vbi dr̃ o ſingl'aris ⁊ admirãda liberalitas vbi donatoꝛ venit in donũ. et datũ eſt idem penit⁹ cũ datoꝛe. o q̃larga ⁊ ꝓdiga largitas. cũ tribuit q̃s ſe ipſum. ⁊c̃. quẽ tex. nõ.

Di idem opus meritoꝛiũ laudabili⁹ eſt in vouẽte vl' ꝓfeſſo q̃ȝ in alio. ita ẜm theologos dicit gl. nõbilis hic in ẜ. ſe ipm. Ex q̃ infert̃ ꝙ is q̃ vo/ uit ieiunare. puta die veneris. magl. meret̃ q̃ȝ is q̃ tali die ieiunat ſine voto. Itẽ ꝙ ꝓfeſſus ſeruãdo ꝯtinentiam laudabilioꝛ ẽ q̃ȝ is q̃ illã ſine voto ſeruat. et ſic de ſimilib⁹. Et hanc ꝯcl'onem gl. p⁹ theologos ꝓbat triplici medio. Primo ſic. Vouere ẽ opus latrie. q̃ p̃cipua virtus eſt int̃ moꝛales. opus aũt nobilioꝛis ꝟtutis ẽ meli⁹. ⁊ magis meritoꝛiũ. Latria aũt ẽ cult⁹ ⁊ ſeruitus. q̃ ſoli deo debet̃. ꝺ ꝯſe. di. iij. venerabiles Scd̃o ꝓbat̃ ſic. vouẽs nõ ſolũ q̃ ad actũ. ẞ etiã q̃ ad ptãtem ſubijcit ſe deo. vt de cetero aliud agere nõ poſſit. g⁹ plus dat. ⁊ p ꝯñs magl. me/ ret̃. Probat̃ p ſſilitudinẽ. q2 q̃ dat fructũ ⁊ arboꝛẽ. magis dat q̃ȝ q̃ dat ſolũ fructũ. 3⁹ ꝯfirmat̃ ſic. Per votũ immobilit̃ volũtas firmat̃ i bo nũ. ad pfectionẽ ãt virtutis ptinet aliq̃d agẽ ex voluntate. firmata in bono. vt p3 p pħm 2⁹ eth. ⁊ Augl. felix neceſſitas q̃ ad melioꝛa ꝯpellit g⁹ magis meritoꝛiũ. ⁊ hec nõ.

Olim antiq̃ non habuerũt ñ decẽ mẽſes vſq3 ad tp̃s Julij ceſaris. ⁊ Nu me pompilij. hinc mẽſis nouember ſic fuit dict⁹. q2 erat nonus menſis inchoando a martio. vt inchoabant antiqui. demũ diſtinctio ⁊ coꝛre/ ctio facta fuit. ⁊ ẜm curſũ ſolis redeuntis in fine anni ad eundeȝ pun ctum. additi fuerunt duo mẽſes in p̃ncipio anni .ſ. ianuari⁹ ⁊ februa rius ⁊ ꝓpter hoꝛas ſex q̃ ſupererant opoꝛtuit ſingul' quattuoꝛ annis addi diem biſſextilẽ. de q̃ dicendũ vt nõ. in. c. q̃ſiuit. de ẜ. ſig. ⁊ tũc tp̃is iulius võbat̃ q̃ntilis. ⁊ auguſt⁹ ſextilis. qui poſtea a iulio ⁊ auguſto nõiati fuerũt. vel ꝓpter ipſoꝝ oꝛtũ. vel ꝓpter rẽ ꝓſpere geſtã. Hec glo nõbilis hic in ẜ. certã diẽ. quaȝ bñ nõ.

Nullũ aĩal ita odoꝛẽ hominis ſentit ſic anſer. vnde Iſidoꝛus xij. ethimo logiaꝝ. Galloꝝ aſcenſus in capitolio. anſeris clãgoꝛe deꝓhenſus eſt Et ſic rõni debẽt anſerib⁹ cedere. a q̃bus fuerunt defẽſi ne ab hoſtib⁹

caperent. Jtalici tñ in feſto oīm ſanctoꝝ anſeres deuorant ꝓter feſtū vide hic gl. in ꝟ. oīm ſanctorū.

Siquis aſſerit habuiſſe ex reuelatione diuina aliquid. ſibi nō credit. niſi aliter probet. ad hoc. c. cum ex iniuncto. de here. vide gl. hic in ꝟ. reuelatum. iuncto tex.

Jmproprie feria ſumit ꝑ feſto. cum omnem diem vocemus feriam. vel a fando qꝛ qualibꝫ die fabat deus. Geñ. i. vel qꝛ ſingulis dieb⁹ fari poſſumus in diuinis vel humanis. facit de ꝟ. ſigni. forus. vide h̄ gl. in ꝟ. feriam. ⁊ qđ nō. ſupꝰ Rῑca de ferijs.

Penthecoſtes dr̄ a pentha qđ ē qnqꝫ et coſte decē. qꝛ qnquies decē dies ſūt int̄ feſtū reſurectionis ⁊ pēthecoſtes. vide h̄ gl. in ꝟ pēthecoſtes

Himni ſūt cantica laudis. ſic̄ treni cantica lamētationis. vide h̄ gl. in ꝟ. himnos. Et ꝑ Jo. an. in. c. nō min⁹. de immu. ecc.

Jubilare idem eſt qđ cantare voce quadā ꝯfuſa ꝑ gaudio. vñ dicūt qdā ꝙ iubil⁹ eſt gaudiū qđ ꝟbis explicari nō p̄t. nec tñ penit⁹ reticeri. vide h̄ gl. in ꝟ. iubilet. Et de ꝟbo plaudere. vide h̄ gl. in ꝟ. plaudat. qđ idēꝫ

